


ΑΘΗΝΑΙ
OCTAVII BOLDONII
DIES ATTICI
ILLVSTRISS. V.
IOANNI ARIAS MALDON.
Regio Senat. D.D.


OCTAVII BOLDONII
MEDIOLANENSIS
CLERICI REG. BARNABITÆ
è Congregatione S. Pauli

DIES ATTICI
SEV EXERCITATIONES GRAECANICAE
Tribus Libris comprehensæ.

ILLVSTRISSIMO V.
genere, literaturâ, ordine
D. IOANNI ARIAS MALDONATO
Regio Senatori D.




MEDIOLANI
Apud Dionysium Gariboldum.
M DC XXXIX.





D. IOANNI ARIAS MALDONATO VALISOLETANO

Regio in Insubria Senatori
V. Amplissimo.



Octauius Boldonius Cler. Reg. S. Pauli
F.



P Rodeunt DIES ATTICI è caligine ingenij mei in communem aspectum: atq; ex te, Mecænas optime, lucem quærunt. Audacior fortasse Operi frons videbitur, quòd nocturnas lucubratiunculas, dignas equidem nocte, libuerit inscribi DIES:

ſed & importunius cõſilium meum, quippe ſubſeciuas tibi horas (ſi tamen vel momenta horarum ſuperant ex continenti iſta ſerie publicarum rerum) audeam ego Diebus occupare: teq. ex iucũdiſſimo receſſu Mineruæ domeſticæ, Athenas vſque ATTICAS abducere. Sed illa me duplex ratio cauſatur: & quòd ipſe minimè peregrinus es in Græcia, Græcis à puero literis pari cum ſplendore, ac Latinis excultus: & quòd vmbra tua obſcuris alioquin operibus lumen impertit. Nimirum ea parentem habet Solem, Diei ac lucis opificem, illã (dico) claritatem auiti Stemmatis, quam Tute à Maioribus acceptam vel illuſtraſti nouo radiorum acceſſu, vel glorioſiùs obſcuraſti. DIEM profectò

igno-

ignorat, qui ARIAE gentis ignorat laudes. Literis, Armis, Prudentia, Religione claros Gentiles tuos iam fama omnis ætatis loquitur, omnis nationis hiſtoria prædicat. Viuit adhuc (vt ſileam reliqua) tuis deuota Sceptris Galatia, quæ Arium Myrrhũ prouinciæ Regem vltimum, Ariæ ſtirpis ſatorem primum oſtentat. Tu verò tantorum Heroũ heres digniſſimus, vnus omnium virtutes abſoluiſti compendio: Arma literis, literas armis ancipiti meditatione cõciliaſti, vt eadem diſputanti laurus, ac dimicanti pangeretur: Et quaſi id quoq; ſupinum eſset otium, traduxiſti fæliciter ad forum quidquid vel hauſeras in Lyceo, vel caſtris apparaueras: Hiſque omnibus ad corruptiſſimæ æta-

tis exemplum, coronidem fecisti pietatis cultum. Non apellabo hîc testes. Etiamnùm auditur vocali præconio celeberrima toto Orbe Academia Salmaticensis, quæ te dudum Iuris Interprete per gradus omnes, ac sedes gloriatur. Auditur Insubria, quæ tertiùm excepit Aduocatū Fisci: quæ communis annonæ conseruatorem, fundatorem pacis, iustitiæ vindicem difficillimis temporibus experta fuit. In quo illud suspexit prodigij simile, cùm in toga simul, ac sago publicam rem incredibili virtute curauisti. Siquidem prouincijs plurimis magni momenti confectis, cum in Patres Conscriptos demum adlectus esses, renuntiatus præterea A consilijs Catholicæ Maiestatis, Regius in Insu-

bria

bria redituũ (vt aiunt) Annatę Pręses, Reuisionis generalis publicarum, atq; regalium rationum Iudex Regius, pro Magno Cancellario ad Comitia tunc Pacis vniuersalis ablegato: tot, tantisque muneribus, honestatus dicam, an oneratus? non modò pacatam administrationem rei ciuilis pro dignitate inijsti: sed vno simul tempore præfuisti Rei bellicæ, irrumpentibus Gallis, A consilijs Iustitiæ militaris, supremusq; cum imperio Præfectus: Quã verò opportunè Catholicis copijs? quibus tuendis non satis putauisses Consilium, ni manus quoque cum hoste sæpe collatas adhibuisses eâ successus gloriâ, vt tantundem inuidiæ conflaueris tibi, quantum alijs ademisti spei. Sed enim mores tuos inte-

gerrimos, ac ſtudium in primis Chriſtianæ pietatis intuenti neceſſe fuerit, inuidiam omnem in admirationem conuertere. Tu accipe lætis oculis, quod à me ſyncerâ fide traditur munus: nec pâtere inuidorum conuitio delitеſcere in tenebris, quod clariſſimo tuo nomini nuncupatur. Vale. Mediolani in Collegio S. Alexandri CIↃ. IↃC. XXXVII. Kal. Septembris.



D. FVLGENTIVS CHIOCCARIVS,
Assistens M. Reu. Patris Don Baptistæ Cribelli, Præpositi Generalis Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli: & eiusdem absentis Vicarius.

CVM opus inscriptum (Octauij Boldonij Mediolanensis, Clerici Regularis S. Pauli DIES ATTICI, seu Exercitationes Græcanicæ) duo eiusdem Congregationis eruditi viri, quibus id commisimus, recognouerint, & approbauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur: si Superioribus, quibus hoc competit, ita placuerit. In quorum &c. Mediolani in Collegio nostro SS. Apostolorum Pauli, & Barnabæ die 14. Februarij 1637.

D. Fulgentius Chioccarius Assistens, & Vicarius.

Die 22. Februarij 1637.

Visa suprascripta licentia concedimus facultatem imprimendi opus supra nominatum.

Fr. Franciscus Carenus Sancti Officij Mediolani Commissarius.

Io. Petrus Puricellus, Sancti Laurentij Maioris Archipresbyter, pro Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. Cardinali Archiepiscopo.

V. D. Io. Arias R.S.

IN OCTAVII BOLDONII
V. clar.mi

ATTICOS DIES

Antonij Salmatiæ, Saç. T. & I. V. D.
ac Proton. Apost.

EPIGRAMMA.

ATtica perpetuis horrebat terra tenebris,
Nec nisi nox dudum Gręcia tota fuit.
Si quis ad intactæ properabat Palladis vrbes,
Diuitis immenso tactus amore soli:
Vix primis Graium vestigia finibus infert,
Cum titubat, cæcumque anxius horret iter.
Quis nouus en Phaethon fælici sydere Achiuos
Lustrat, & optato lumine spargit ouans?
Iam licet ire viam, & dites spectare recessus,
Iam Musarum, oculis, regia tota patet.
BoldonI hoc decus est; BoldonI munere Solem
Aspicis, & pulchros ATTICA terra DIES.

Idem Græce redditum.

Ἀτθίδα ἐκ πολλοῦ δεινὸν σκότος ἔλλαβε γαῖαν,
    Νύξ τε πάλαι ζοφερὴ Ἑλλάδα εἶχεν ὅλω.
Εἴ τις παρθενικῆς πόλεας γ' ἐπὶ ἀστεύδειν Ἀθηνᾶς,
    Τρισμακάρου χώρας σφοδρὸν ἔρωτα τρέφων·
Ἑλλήνων ἐπ' ὅρους πρώτους μόγις ἤλυθεν, εὐθὺς
    Τυφλώττοντα τρόμος λυσιμελὴς κατέχει.
Τίς δ' ὁ νέος Φαέθων περὶ δ' Ἑλλάδι ἀστρὸν ἐλίσσει
    Ὄλβιον; ἀμβλυττέροις ἡδὺ φάος κατάγων;
Εὔοδὸς ἡδ' ὁδὸς, Ἑλλήνων τὸν πλοῦτον ὁρᾶσθαι,
    Θησαυρόν τε μέγαν νῦν θέμις Ἀονίδων.
Βολδώνου χάρις, ἡ βίβλος σοὶ γ' ἥλιον αὕτη
    Ἀτθὶς γαῖα φέρει, καὶ φάος ἡμερινόν.





AVCTOR
Lectori S.

DEplorabis equidem, hanc sortitus ætatem, Lector optime, Principis linguarum interitum. Omnis enim liberalis disciplinæ, omnis literaturæ atq; artis, omnis omnino humanitatis, amoenitatisq; parentem esse Græcam linguam, quisquis cultioris linguæ homo profitetur. Ego verò illius dum fleo exitũ, simul Italiæ nostræ squalorem non tàm fleo, quàm damno: nec misereor iacturæ magis, quã ignauiæ succenseo. Quippe quæ non illam

so-

ſolùm emortuam velit: ſed etiam tumulatam, ac ſitu, tabeq; corruptam: vnde nec erubuerit putidum illud in vulgus proferre Græcum eſt, non legitur. *Quos verò diſpudet huius notæ, non dubitant adoriri negotium: ſed hi plærunq; multitudine dictionũ, ac linguæ vbertate deterrentur à cœpto. Itaq; quod in diuitijs, atq; auro irritamentum eſſe ſolet laxitas theſauri et copia loculorum, hoc in Græca literatura terriculamentum efficitur mollioribus animis. Ego igitur, vt huiuſmodi homines ad honeſtiſſimum institutum erigerem, conatus ſum Græca rudimenta ita colligere, vt vnum in corpus redigerem omnia: ita digerere, vt ſub vnum penè aſpectum cogerem. Nam nec quidquam prætermiſi*

neceſ-

necessarium, quo discentis fraudaretur expectatio: nec leuia quædam, nimiumque subtilia sum persequutus, quibus perturbaretur memoria. Verùm breui quadam, ac perspicua methodo perstringere vniuersa sic studui, vt studiosorum gratiam hinc maximè initurus esse confidã. Quùm autem sermo omnis nõ nisi ex vocibus constet: eæ verò vel per se ipsæ considerandæ simpliciter offerantur: vel inflexione aliqua in se se variatæ: vel demum collatæ cum alijs, atque constructæ: Nos ideo tres in libros distribuimus Opus. In primo quidem Octo partes, quæ Orationem conflant, percurrimus, simpliciter illas, inuariatimque vsurpatas. In secundo autem easdem tractamus, quâ variationem

ad-

admittunt declinationis, & coniugationis. Denique in tertio Syntaxim, hoc est ipsarum inter se constructionem per omne variationis genus prosequimur: illum vbique curantes ordinem, qui ad Grammaticas Latinorum institutiones hoc tempore vsitatas quàm proximè accedit. Tu, si quid vtilitatis hinc hauries (vt spero) alios fortasse, nec iniucundos industriæ nostræ fructus in dies accipies. Vale.

OCTAVII BOLDONII

ANTELVCANA,

SEV

Præexercitatio Græcanica

AD DIES ATTICOS

In octo Theoremata distributa.

AD LECTOREM

QVAE de Græca pronuntiatione hic præcipimus, ne omnia ex nostro sensu deprompta putes, Candide Lector, cùm in multis à vulgo, nec immeritò, dissentiamus. Verùm, vt Iuuentuti alibi fortasse rudimentis iam primis imbutæ obsequamur, malumus hoc loco prudentes, quàm sapientes videri. Quæ verò nostra sit sententia, habebis infrà in calce libri primi huius Operis.

De Literis in vniuersum

THEOREMA I.

Literæ Græcorum quatuor, & viginti. Quarum hæc sunt.

Nomina Græcè	Nomina Latinè	Figuræ maiusc.	Figuræ minusc.	Potestates latinis notis expressæ	
Ἄλφα	Alpha	Α	α	A	a
Βῆτα	Vita	Β	β ϐ	V	v
Γάμμα	Gamma	Γ	γ ſ	G	g
Δέλτα	Delta	Δ	δ ∂	D	d
Ἐψιλὸν	Epsilon	Ε	ε	E	e
Ζῆτα	Zita	Ζ	ζ	Z	z
Ἧτα	Ita	Η	η	I	i
Θῆτα	Thita	Θ	θ ϑ	Th	th
Ἰῶτα	Iota	Ι	ι	I	i
Κάππα	Cappa	Κ	κ	C	c
Λάμϐδα	Lambda	Λ	λ	L	l
Μῦ	My	Μ	μ	M	m
Νῦ	Ny	Ν	ν	N	n
Ξῖ	Xi	Ξ	ξ	X	x
Ὀμικρὸν	Omicron	Ο	ο	O	o
Πῖ	Pi	Π	π ϖ	P	p
Ῥῶ	Rho	Ρ	ρ	R	r

Σῖγ-

Σῖγμα	Sigma	Σ σ ς	S	ſ s
Ταῦ	Tau	Τ τ Ꞇ	T	t
Ὑψιλὸν	Ypſilon	Υ υ	Y, I	y, i
Φῖ	Phi	Φ φ	Ph, F	ph, f
Χῖ	Chi	Χ χ	Ch	ch
Ψῖ	Pſi	Ψ ψ	Ps	ps
Ωμέγα	Omega	Ω ω	O	o

De Vocalibus
THEOREMA II.

Literarum aliæ ſunt vocales, aliæ conſonantes.

Vocales ſeptem α, ε, η, ι, ο, υ, ω.

Quarum duæ longæ η, ω: duæ breues ε, ο: tres ancipites, ſeu communes α, ι, υ.

Rurſus tres mutabiles, α, ε, ο: α & ε in η, ο in ω. Quatuor immutabiles η, ι, υ, ω.

Item ſex præpoſitiuæ α, ε, η, ο, υ, ω. Duæ ſubiunctiuæ, ι, υ. ſiquidem in componẽdis diphthongis illæ præcedunt, hæ ſubſequuntur.

η apud latinos vertitur in e longam, vt πατὴρ patir *pater*. Aliquando in a pariter longam, vt μήτηρ mitir *mater*.

ι Apud Græcos ſemper vocalis eſt, vt Ἰησοῦς Ijſus *Ieſus* triſſyllabum.

Apud latinos nunc vocalis eſt, nunc conſonans, vt *Ieſus* nunc triſſyllabum, nunc etiam diſſyllabum.

De Diphthongis
THEOREMA III.

Ex vocalibus præpoſitiuis ſimul cum ſubiunctiuis fiunt Diphthongi. Sunt autem numero duodecim, Propriæ, & Impropriæ.

Propriæ ſex	Inpropriæ ſex
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, ωυ, υι.
æ, au, i, eu, i, u	a, i, o, iu, ou, i.

In diphthongis proprijs dicitur [Alpha cum Iota adſcripta] ſeu (Alpha Iota) &c.

In Improprijs dicitur [Alpha cum Iota ſubſcripta] &c.

In αυ, ευ, ηυ, ωυ etſi υ reddatur latinè per, u, uocalem: pronuntiatur nihilominus quaſi, f, conſonans, ſed aliquantò ſuauiùs.

Cùm prædictæ uocales notantur duobus punctis in apice, tunc non conſtituunt Diphthongum, ſed remanent ſyllabæ diſtinctæ, ut παῖς *pæs monoſyllabum, & (per dialyſin)* πάϊς *pais diſſyllabum* puer: ᾅδης *adis diſſyllabum, &* ἀΐδης *aidis triſſyllabũ* orcus, infernus: ἄϋπνος *aupnos diſſillabũ,* ἄϋ πνος *aypnos triſſyllabum* inſomnis.

De Conſonantibus
THEOREMA IV.

Conſonantes autem decem, & ſeptem: β, γ, δ,

δ, ζ, θ, κ, λ, μ, ν, ξ, π, ρ, σ, τ, φ, χ, ψ.

Harum sunt quædam Mutæ, id est exilem sonũ habentes: Quædam Semiuocales, magis videlicet sonoræ, quàm Mutæ, & ad Vocalium sonum propiùs accedentes.

Mutæ nouem: β, γ, δ, κ, π, τ, θ, φ, χ. Quæ tripartitò diuiduntur. Sunt enim Tenues tres κ, π, τ: Aspiratæ tres, χ, φ, θ: Mediæ tres γ, β, δ. Primæ sonant leniùs: Secundæ crassiùs: Tertiæ medio spiritu inter tenues, & aspiratas.

Semiuocales octo ζ, ξ, ψ, λ, μ, ν, ρ, σ. Quarum tres Duplices ζ, ξ, ψ. Quia ζ sonat, ds, ξ cs, ψ ps.

Quatuor Liquidæ λ, μ, ν, ρ. Ita dictæ, quia cum mutis coniunctæ syllabam liquentem, hoc est Commnnem faciunt

Remanet σ sui iuris, seu vnius solũ potestatis.

Consonantes γ, κ, ν, π, τ variant aliquando natiuum sonum.

γ ante γ, κ, ξ, χ sonat quasi, n, vt ἀγγαρεία angaria *coactio*, ἄγκυρα ancura *ancora*, σφίγξ sphinx *nomen monstri*, ἀγχίσης anchisis *nomen uiri*.

κ post γ effertur velut g, vt πέφαγκα pephanga *apparui*, β per n.

ν an-

ν ante β, μ, π valet m, vt τὴν βάσιν tim vasin *basim*, τὴν μελανίαν tim melanian *nigredinem*, τὸν πάγον tom bagon *pagum* per b.

π post μ & ν pronuntiatur per b, vt πέμπω pembo *mitto*, τὸν παῖδα tom bæda *puerum* per m.

De Dictione
THEOREMA V.

In Dictione, si consonantes attendas, tria ferè distinguuntur, Principium, Medium, & Finis.

Dictionis principium faciunt omnes consonantes. Excipe γδ, ϑλ, ϑμ, ϑμ. Item quamcunq; geminatam, vt κκ, ττ, λλ, &c. Et duplices, quando cum alijs coniunguntur, vt λξ, ξπ, &c.

In media dictione, seu inter vnam vocalem, & aliam nunquam coniunguntur φτ, φφ, πδ, κδ, ϖθ: sed harum loco substituuntur πτ, πφ, βδ, γδ, χθ. Vt

τέτυπται pro τέτυφται *uerberatus est*.
σαπφὼ pro σαφφὼ sappho *nomen Viri*.
ἕβδομος pro ἕπδομος *septimus*.
ὄγδοος pro ὄκδοος *octauus*.
ἐτύφθην pro ἐτύπθην *uerberatus fui*.

In

In his combinationibus mutatur, φ in π, π in β, κ in γ, π in φ contra originem dictionis.

Tres ex Mutis consonantibus, hoc est π tenuis, δ media, θ aspirata, si cum suis affinibus coniungantur, amant secundum locum. Vt τίκτω pario, ὄγδοος octauus, ἐτύφθην verberatus fui. *Vbi* κτ *sunt affines, nempe ambę Tenues:* γδ *Medię:* φθ *Aspiratę.*

Mutę duę inter duas uocales positę, pertinent ambæ ad sequentem uocalem: Vt τύπτω, τύ—πτω verbero.

Excipiuntur tria, in quibus una consonans uni uocali assignatur, altera alteri.

Primum in γδ, *ut* ὄγδοος, ὄγ—δοος octauus.

Secundum, ubi muta geminatur, ut ἵππος, ἵπ—πος equus.

Tertium, ubi tenuis pracedit aspiratam, ut σαπφὼ, σαπ—φὼ sappho.

Duplex, si cum alia consonante conuenit, nunquam ad eandem uocalem trahitur, Vt ἕξπες, ἕξ—πες sex pedum: ἔλξις, ἕλ—ξις *tractus.*

Liquida ante aliam consonantem diuiditur, Vt ἄρτος, ἄρ—τος panis. *Item ante alteram liquidam, Vt* ἅρμα, ἅρ—μα currus. *Pręter* μν, *Vt* ἀμνὸς, ἀ—μνὸς agnus.

Liquida post aliam consonantem pertinet ad

eandem uocalem, ut πατρὸς, πα—τρὸς patris.
Item post duas, quę per se cum eadem uocali coniunguntur, Vt ἄστρον, ἄ—στρον astrum
Nam στ *coniunguntur, ut mox dicetur.*

Denique σ *ante alteram* σ *diuiditur, Vt* γλῶσσα, γλῶσ—σα lingua. *Ante aliam consonantem coniungitur, Vt* ἀσθενὴς, ἀ—σθενὴς debilis. *Post consonantem diuiditur, Vt* ἄλσος, ἄλ—σος nemus.

Finitur Dictio his quinque tantùm Consonantibus ν, ρ, σ, ξ, ψ: his inquam simplicibus, nunquam geminatis.

εὐχ pro οὐχὶ dicitur per Apostrophum, Vt οὐχ' οὗτος; *nonne ille?*

Vocabula illa propria in diuinis literis passim occurrẽtia, Ἰώβ, Δαβὶδ, Μιχαὴλ, Ἰωσὴφ, Ἐνώχ, *et alia eiusmodi reddũtur Gręcè* Ἰωβός, Δαβίδης, Μιχαήλης, Ἰώσηφος, Ἔνωχος: *sicut latinè Iobus, Dauides, Michaeles, Iosephus, Enochus.*

De Prosodijs

THEOREMA VI.

Prosodiæ, siue Accentus sunt decem

Toni tres: Acutus (´) vt χριστός: Grauis (`) vt ἑπτὰ: Circumflexus (῀) vel (^) vt ἰησοῦς ἰησοῦς.

Spiritus duo: Tenuis (᾿) vt ὠριγένης origenes: Aspi-

Aspiratus (῾) vt ῥήτωρ *rhetor*.

Tempora duo: longum (—) vt πολίτης: Breue (˘) vt ἄρες.

Passiones tres: Apostrophus (᾽) vt πάντ᾽ ἔλεγον, pro πάντα ἔλεγον *omnia dixi*: Hyphen (‿) vt μεθημέραν pro μεθ᾽ ἡμέραν *per diem*: Hypodiastole (,) vt ὅ,τι per vnicam dictionem *quid* (relatiuum pronomen) vt distinguatur à Coniunctione ὅτι *quia*.

Toni respiciunt intentionem vocis, qua syllabę sigillatim proferuntur. Itaque Acutus acuendam, seu attollendam uocem designat, ut λόγος quasi λόγος: Grauis deprimendam, si acutus pręcesserit, ut in λόγος: Alioquin ęquabilem esse retinendam, ut ἐπὶ: Circumflexus circūflectendam, hoc est attollendam partim et deprimendam, ut ἰησοῦς quasi ἰησοῦς. Siquidem Circumflexus ex acuto simul, et graui constat.

Acutus habet locum in Antepenultima, Penultima, et Vltima syllaba Dictionis, ut κύριος Dominus, ἀκούω audio, Θεός Deus. *Ex his dictionibus prima vocatur Proparoxitona: Secunda Paroxytona: Tertia Oxytona, ex uaria accentus collocatione.*

Circumflexus habet sedem in Penultima, et Vltima syllaba, ut σῶμα corpus, ποιῶ facio.

Gra-

Grauis intelligitur in omnibus syllabis, quę neq; Acutum habent, neque Circumflexũ: licet expressè nõ signetur. Signatur autem solùm in ultima syllaba, cũ ipsa ex acuta fit grauis sequente dictione aliqua in contextu orationis: Vt θεὸς ἡμῶν Deus noster. *Excipitur pronomen interrogatiuum* τίς Quis, *Vt* τίς ἐποίησε; quis fecit?

Spiritus, quo spiritu proferendę sint uocales, ostendunt: tenuinè hoc est naturali, an aspirato, seu denso.

Vocales omnes habent unum, aut alterum ex spiritibus, initio tantùm Dictionis.

Consonantes nullæ admittunt, pręterquàm ρ, *quę initio Dictionis semper aspiratur, ut* ῥώμη roma. *Excipe, cùm secunda syllaba inchoatur ab altera* ρ: *tunc enim* ρ *primę syllabę attenuatur, ut* ῥάρος venter. *In medio dictionis, cùm geminatur* ρ, *prior spiritu tenui, posterior aspirato prefigitur, Vt* πόῤῥω ante se.

Figura spirituum duplex, in literis maiusculis, et minusculis. Tennis formatur in maiusculis (᾿): *in minusculis* (᾿) *ut* Ἐγώ, ἐγώ ego. *Aspiratus è contrario* (῾) *et* (῾) *ut* Ῥήτωρ, ῥήτωρ rhetor.

Tempora non adhibẽtur in ε, ο, η, ω: *quia priores*

duę

duę sunt suaptè natura breues, posteriores uerò longę. Itaque solùm reperies in α, ι, υ, quę sunt natura communes. Verùm & in his negliguntur, postquàm inuecti sunt toni ad quantitatem syllabę demonstrandam.

Apostrophus est nota elisę uocalis, aut diphthongi in fine dictionis ob altam uocalem, aut diphthongum initio sequentis dictionis.

Vocales quatuor eliduntur α, ε, ι, ο. A, ut παρ᾽ ἡμῶν ἀ nobis: E, *ut* φέρ᾽ εἰπὲ agè veni: I, *ut* ἐπ᾽ αὐτὸν ad ipsum: O, *ut* τοῦτ᾽ ἐμὸν *hoc meum.*

Diphthõgi duę, αι, οι. Αι, ut βούλομ᾽ ἐγὼ volo ego: Οι, *ut* οἴμ᾽ ὥς ἄχθομαι; *heu quàm tristis sum?*

Aliquãdo sequente consonante initio alterius dictionis, fit elisio uocalis in fine pręcedentis dictionis: Vt παρ᾽ θεῷ *pro* παρὰ θεῷ apud Deum.

Nec solùm ultima pręcedentis eliditur, sed aliquando prima sequentis: Vt ἡ ᾽ρετὴ *pro* ἡ ἀρετὴ hæc virtus.

Nulla Vocalis longa eliditur, sed uel breuis, ut ε, ο: *uel anceps iam abbreuiata, ut* α, ι: *uel ẽt diphthongus, ut* αι, οι, *cùm ratione accentuum habetur pro breui, ut dicetur in fine libri*

bri III. Cauendum est tamen, ne id temerè fiat: sed exemplo bonorum Scriptorum.

Accidit aliquando Apostrophus sine nota, dùm ex duabus dictionibus componitur una: Vt καθάπαν pro καθ᾽ ἅπαν per totum.

Vbi post Apostrophum sequitur dictio præfixa tono aspirato, præcedens consonans migrat ex tenui in aspiratam, ut καθ᾽ ἅπαν pro κατ᾽ ἅπαν.

De Interpunctis

THEOREMA VII.

Interpuncta, quæ orationem distinguunt, quatuor numerantur.

1. Punctum perfectum, quo terminatur Periodus, apponiturquè ad imum vltimæ literæ hoc pacto [.]
2. Punctum medium, quo terminantur Membra periodi, apponiturq; ad partem superiorem vltimæ literæ cuiuscunque Membri hoc modo [·] & respondet duob⁹ punctis latinorũ.
3. Subdistinctio [,] qua distinguuntur Incisa periodi, adscribiturq; ad imum vltimæ literæ Incisi.
4. Interrogatio [;] qua terminatur oratio Interrogantis, pingiturq; nota subdistinctionis puncto superimposito.

Ho-

Horum quatuor Interpunctorum exemplum accipe ex Demosthene Philipp. 1.

Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστὶ φοβερὸν· οὔτ' ἂν ὀλιγωρῆτε τοιοῦτον, οἷον ἂν ὑμεῖς βούλησθε. *Hoc est*

Qua igitur gratia hęc dico? Vt sciatis, Viri Athenienses, et uideatis, nec quicquam pręcauentibus uobis esse formidabile: neque si neglexeritis, ex animi vestri sententia quicquam successurum.

Datur et aliud Interpunctum, id est Dissolutio, cùm significamus, duas uocales non diphthongo committendas, sed separatim pro duabus syllabis proferendas: Vt suprà dictum est in tertio Theoremate.

Habent et Parenthesim Gręci, sicut Latini ( ) sed eam in uetustis Codicibus nullo signo expressam reperias.

De notis Arithmeticis
THEOREMA VIII.

Numerorum Canones breuitatis causa hic prætermittimus: quandoquidem ex sequenti tabula clariùs, ac faciliùs percipientur.

NOTAE

Notę Arithmeticę seu numerales

Maiusculę Gręcę	Maiusculę Latinę	Minusculę Gręcę	Minusculę Latinę
I	I	α'	1
II	II	β'	2
III	III	γ'	3
IIII	IIII	δ'	4
Π	V	ε'	5
ΠI	VI	ς'	6
ΠII	VII	ζ'	7
ΠIII	VIII	η'	8
ΠIIII	VIIII	θ'	9
Δ	X	ι'	10
ΔI	XI	ια'	11
ΔII	XII	ιβ'	12
ΔIII	XIII	ιγ'	13
ΔIIII	XIIII	ιδ'	14
ΔΠ	XV	ιε'	15
ΔΠI	XVI	ις'	16
ΔΠII	XVII	ιζ'	17
ΔΠIII	XVIII	ιη'	18
ΔΠIIII	XVIIII	ιθ'	19
ΔΔ	XX	κ'	20
ΔΔI	XXI	κα'	21
ΔΔΔ	XXX	λ'	30
ΔΔΔI	XXXI	λα'	31
ΔΔΔΔ	XXXX	μ'	40
ΔΔΔΔI	XXXXI	μα'	41
𐅄	L	ν'	50
𐅄I	LI	να'	51
𐅄Δ	LX	ξ'	60
𐅄ΔΔ	LXX	ο'	70

Maiusculę		Minusculę	
Græcæ	*Latinæ*	*Græcæ*	*Latinæ*
𐅄ΔΔΔ	LXXX	π´	80
𐅄ΔΔΔΔ	LXXXX	ϙ uel ϟ	90
H	C	ρ´	100
HI	CI	ρα´	101
HΠ	CV	ρε´	105
HΔ	CX	ρι´	110
H𐅄	CL	ρν´	150
HH	CC uel ∽	σ´	200
HHH	CCC	τ´	300
HHHH	CCCC	υ´	400
𐅅	D uel IↃ	φ´	500
𐅅H	DC	χ´	600
𐅅HH	DCC	ψ´	700
𐅅HHH	DCCC	ω´	800
𐅅HHHH	DCCCC	πι´ uel ϡ	900
X	M uel CIↃ	͵α	1000
𐅆	V̄ uel IↃↃ	͵ε	5000
𐅆X	V̄I	͵ς	6000
M	X̄ uel CCIↃↃ	͵ι	10000
MM	X̄X̄.	͵κ	20000
𐅇	L̄.	͵ν	50000
𐅇MMMM	L̄X̄X̄X̄X̄	͵ϙ	9.0000

Centum millia et deinceps non nisi minusculis notis exprimunt

ρ	100000	χ	600000
σ	200000	ψ	700000
τ	300000	ω	800000
υ	400000	ϡ	900000
φ	500000	ια	1000000

Ἔτει τ̃ σωτηρίας, αχλς´ | Anno salutis, 1636.

X𐅅HΔΔΔΠI. | CIↃIↃCXXXVI.

OCTAVII BOLDONII

DIERVM ATTICORVM Liber Primus.

ΠΕΡΙ' ΜΕΡΕ'ΩΝ ΛΟ'ΓΟΥ, seu DE PARTIBVS ORATIONIS

Partes Græcæ orationis sunt octo.

ἄρθρον,	*seu Articulus*
ὄνομα,	*Nomen*
ἀντωνυμία	*Pronomen*
ῥῆμα	*Verbum*
μετοχή	*Participium*
πρόθεσις,	*Præpositio*
ἐπίρρημα,	*Aduerbium*
σύνδεσμος,	*Coniunctio.*

Aduerbium Interiectionem comprehendit.

Ex his quinque sunt variabiles, Articulus, Nomē, Pronomen, Verbum, & Participium. Inuariabiles tres, Præpositio, Aduerbium, & Coniunctio.

Περὶ ἄρθρυ,
seu
De Articulo.

THEOREMA I.

Articulus duplex est, προτακτικὸς, seu Præpositiuus ὁ, ἡ, τό, *Hic, Hæc, Hoc:* Præponitur enim nominibus in declinatione. Et ὑποτακτικὸς, seu Postpositiuus, ὃς, ἣ, ὅ, *Qui Quæ, Quod:* Postponitur nanque nominibus tanquam relatiuus.

PROSTHESIS I.

De Articulo Præpositiuo.

Præpositiuus articulus ὁ, ἡ, τό *quandoque componitur cum particulis* δὲ, γε, Vt ὅδε, ἥδε, τόδε(*Apud Atticos* ὁδὶ, ἡδὶ, τοδὶ) ὅγε, ἥγε, τόγε Hic, Hæc, Hoc.

A Latinis Græci discrepant, sicut cum nostratibus Italis congruunt: quòd hoc Articulo vtuntur in nominibus cùm declinandis, tùm construendis in oratione. Habet autem varios sensus in constructione.

Primò rem certam, ac definitam significat: Vt, πῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ιυδαίων; Vbi est ille natus Rex Iudæorum?

Secundò vim habet Pronominum demonstratiuorũ

ἔτος,

οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτός, Hic, Ille, Ipse: *Præsertim ante particulas illas diuidentes* μὲν, δὲ: Vt, ὁ μὲν, ὁ δὲ, Hic quidem, ille verò. *Aliquando sumitur loco nominis* ἄλλος, Alius, Vt, ἑλληνιζόντων οἱ μὲν καλῶς, οἱ δὲ κακῶς ἐκφωνοῦσι: Græcissantium alij benè, alij malè pronuntiant.

Tertiò rem interpretatur, Vt, ὁ θεός, Nempe De⁹.

Quartò dignitatem exprimit, Vt ἀγαθόν *apud Aristotilem significat* Bonũ in genere: *sed* τὸ ἀγαθόν vnicum ac summum Bonum.

Quintò ponitur vice Relatiui ὅς, ἥ, ὅ, Qui, Quæ, Quod: *& Interrogatiui* τίς, τί, Quis, Qui, Quæ, Quod, Quid: *Tunc autẽ præter spiritum densum habet etiam tonum grauem* ὁ, Vt εἴ τῷ, Si cui.

PROSTHESIS II.

De Articulo Postpositiuo

Articulus Postpositiuus ὅς, ἥ, ὅ *particulas* περ, γε, *interdum assumit*, vt ὅσπερ, ἥπερ ὅπερ: *&* ὅσγε, ἥγε, ὅγε, Qui, Quæ, Quod.

Interdum assumit adiectiuum indefinitum τίς, τί, Quis, Quæ, Quod, Quid: *Vt* ὅστις, ἥτις, ὅτι. *Sed modò eandem retinet significationẽ cum simplici* ὅς, ἥ, ὅ, Qui, Quæ, Quod: *modò variat, idem valens quòd*, Quisquis, Quæque, Quodq; *&* Quicunque, Quæcunque, Quodcunque.

In neutro genere ὅ, τι *interponitur hypodiastole* (,) *vt*

(,) *ut distinguatur à coniunctione* ὅτι, Quia.

Περὶ ὀνόματος,
seu
De Nomine.

THEOREMA II.

Nomini sex accidunt.

γένος	*Genus,*
εἶδος	*Species.*
σχῆμα	*Figura,*
καταληξις	*Terminatio.*
ἀριθμὸς	*Numerus,*
πτῶσις	*Casus.*

Ex quibus quatuor tantùm inseruiunt huic loco: Videlicet Genus, Species, Figura, Terminatio.

De Genere
COMMA I.

Nominum genera quinque,

ἀρσενικὸν,	*Masculinum,*
θηλυκὸν,	*Fœmininum,*
οὐδέτερον,	*Neutrum,*
κοινὸν,	*Commune,*
ἐπίκοινον.	*Promiscuum.*

Singula prænotantur Articulo. qui Præpositiuus inde appellatur.

Masculinum ὁ, *hic*,
Fœmininum ἡ, *hæc*,

Neu-

Neutrum τὸ, *hoc*,

Commune ὁ, καὶ ἡ, *hic*, *& hæc*.

Promiscuum, siue Epicœnum sub vna voce atq; articulo vtrunque genus significat, vt ὁ στρουθὸς, *hic passer*, tàm mas, quàm fœmina: ἡ χελιδών, *hęc hirundo*, tàm mas, quàm fœmina.

De Specie

COMMA II.

Species nominum alia ἁπλῶν, seu simplicium est: alia συνηρημένων, seu Contractorum, de quibus lib. 2.

Item alia πρωτοτύπων Primitiuorum, vt μέγας *magnus*, Alia παραγώγων Deriuatiuorũ, vt μεγαλεῖον *Magnificentia*.

Deriuantur autem alia ab alijs, atq; alijs nomina: A substantiuis substantiua, & adiectiua. Similiter ab adiectiuis adiectiua, & substantiua. A Verbis quoquè deriuari nomina, constabit ex sequentibus.

Sed præcipuæ Deriuatiuorũ species enumerantur septem.

συγκριτικὸν	*Comparatiuum*
ὑπερθετικὸν	*Superlatiuum*
πατρωνυμικὸν	*Patronymicum*
ὑποκοριστικὸν	*Dimminutiuum*

bri III. Cauendum est tamen, ne id temerè fiat: sed exemplo bonorum Scriptorum.

Accidit aliquando Apostrophus sine nota, dùm ex duabus dictionibus componitur una: Vt καθάπαν *pro* καθ' ἅπαν per totum.

Vbi post Apostrophum sequitur dictio præfixa tono aspirato, præcedens consonans migrat ex tenui in aspiratam, ut καθ' ἅπαν *pro* κατ' ἅπαν.

De Interpunctis

THEOREMA VII.

Interpuncta, quæ orationem distinguunt, quatuor numerantur.

1. Punctum perfectum, quo terminatur Periodus, apponiturquè ad imum vltimæ literæ hoc pacto [.]

2. Punctum medium, quo terminantur Membra periodi, apponiturq; ad partem superiorem vltimæ literæ cuiuscunque Membri hoc modo [·] & respondet duob⁹ punctis latinorũ.

3. Subdistinctio [,] qua distinguuntur Incisa periodi, adscribiturq; ad imum vltimæ literæ Incisi.

4. Interrogatio [;] qua terminatur oratio Interrogantis, pingiturq; nota subdistinctionis puncto superimposito.

Ho-

Horum quatuor Interpunctorum exemplum accipe ex Demosthene Philipp. 1.

Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα λέγω; ἵν' εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, καὶ θεάσησθε, ὅτι οὐδὲν οὔτε φυλαττομένοις ὑμῖν ἐστὶ φοβερόν· οὔτ' ἂν ὀλιγωρῆτε τοιοῦτον, οἷον ἂν ὑμεῖς βούλησθε. *Hoc est*

Qua igitur gratia hęc dico? Vt ſciatis, Viri Athenienſes, et uideatis, nec quicquam prę cauentibus uobis eſſe formidabile: neque ſi neglexeritis, ex animi veſtri ſententia quicquam ſucceſſurum.

Datur et aliud Interpunctum, id est Diſſolutio, cùm ſignificamus, duas uocales non diphthongo committendas, ſed ſeparatim pro duabus ſyllabis proferendas: Vt ſuprà dictum eſt in tertio Theoremate.

Habent et Parentheſim Gręci, ſicut Latini ( ) ſed eam in uetuſtis Codicibus nullo ſigno expreſſam reperias.

De notis Arithmeticis
THEOREMA VIII.

Numerorum Canones breuitatis cauſa hic prætermittimus: quandoquidem ex ſequenti tabula clariùs, ac faciliùs percipientur.

NOTAE

Notę Arithmeticę seu numerales

Maiusculę		Minusculę	
Græcæ	*Latinæ*	*Græcæ*	*Latinæ*
I	I	α΄	1
II	II	β΄	2
III	III	γ΄	3
IIII	IIII	δ΄	4
Π	V	ε΄	5
ΠI	VI	ϛ΄	6
ΠII	VII	ζ΄	7
ΠIII	VIII	η΄	8
ΠIIII	VIIII	θ	9
Δ	X	ι΄	10
ΔI	XI	ια΄	11
ΔII	XII	ιβ΄	12
ΔIII	XIII	ιγ΄	13
ΔIIII	XIIII	ιδ΄	14
ΔΠ	XV	ιε΄	15
ΔΠI	XVI	ιϛ΄	16
ΔΠII	XVII	ιζ΄	17
ΔΠIII	XVIII	ιη΄	18
ΔΠIIII	XVIIII	ιθ	19
ΔΔ	XX	κ΄	20
ΔΔI	XXI	κα΄	21
ΔΔΔ	XXX	λ΄	30
ΔΔΔI	XXXI	λα΄	31
ΔΔΔΔ	XXXX	μ΄	40
ΔΔΔΔI	XXXXI	μα΄	41
𐅄	L	ν΄	50
𐅄I	LI	να΄	51
𐅄Δ	LX	ξ΄	60
𐅄ΔΔ	LXX	ο΄	70

Maiusculę Græcæ	Maiusculę Latinæ	Minusculę Græcæ	Minusculę Latinæ
𐅄ΔΔΔ	LXXX	π'	80
𐅄ΔΔΔΔ	LXXXX	ϟ uel ϙ	90
Η	C	ρ'	100
ΗΙ	CI	ρα'	101
ΗΠ	CV	ρε'	105
ΗΔ	CX	ρι'	110
Η𐅄	CL	ρν'	150
ΗΗ	CC uel ∽	σ'	200
ΗΗΗ	CCC	τ'	300
ΗΗΗΗ	CCCC	υ'	400
𐅅	D uel IↃ	φ'	500
𐅅Η	DC	χ'	600
𐅅ΗΗ	DCC	ψ'	700
𐅅ΗΗΗ	DCCC	ω'	800
𐅅ΗΗΗΗ	DCCCC	πι uel ϡ	900
Χ	M uel CIↃ	,α	1000
𐅆	V̄ uel IↃↃ	,ε	5000
𐅆Χ	V̄I	,ϛ	6000
Μ	X̄ uel CCIↃↃ	,ι	10000
ΜΜ	X̄X̄.	,κ	20000
𐅇	L̄.	,ν	50000
𐅇ΜΜΜΜ	L̄X̄X̄X̄X̄.	,ϡ	90000

Centum millia et deinceps non nisi minusculis notis exprimunt

,ρ	100000	,χ	600000
,σ	200000	,ψ	700000
,τ	300000	,ω	800000
,υ	400000	,ϡ	900000
,φ	500000	,ι,α	1000000

Ἔτει τῆς σωτηρίας, ,αχλϛ'	Anno salutis, 1636
Χ𐅅ΗΔΔΔΠΙ	CIↃIↃCXXXVI

OCTAVII BOLDONII

DIERVM ATTICORVM
Liber Primus.

ΠΕΡῚ ΜΕΡΈΩΝ ΛΌΓΟΥ,
seu
DE PARTIBVS ORATIONIS

PArtes Græcæ orationis sunt octo.

ἄρθρον,	*seu Articulus*
ὄνομα,	*Nomen*
ἀντωνυμία	*Pronomen*
ῥῆμα	*Verbum*
μετοχή	*Participium*
πρόθεσις,	*Præpositio*
ἐπίῤῥημα,	*Aduerbium*
σύνδεσμος,	*Coniunctio.*

Aduerbium Interiectionem comprehendit.

Ex his quinque sunt variabiles, Articulus, Nomē, Pronomen, Verbum, & Participium. Inuariabiles tres, Præpositio, Aduerbium, & Coniunctio.

Περὶ ἄρθρου,
seu
De Articulo.

THEOREMA I.

ARticulus duplex est, προτακτικὸς, seu Præpositiuus ὁ, ἡ, τό, *Hic*, *Hæc*, *Hoc*: Præponitur enim nominibus in declinatione. Et ὑποτακτικὸς, seu Postpositiuus, ὅς, ἥ, ὅ, *Qui Quæ*, *Quod*: Postponitur nanque nominibus tanquam relatiuus

PROSTHESIS I.

De Articulo Præpositiuo.

Præpositiuus articulus ὁ, ἡ, τό *quandoque componitur cum particulis* δέ, γε, Vt ὅδε, ἥδε, τόδε (*Apud Atticos* ὁδὶ, ἡδὶ, τοδὶ) ὅγε, ἥγε, τόγε Hic, Hæc, Hoc.

A Latinis Græci discrepant, sicut cum nostratibus Italis congruunt: quòd hoc Articulo vtuntur in nominibus cùm declinandis, tùm construendis in oratione. Habet autem varios sensus in constructione.

Primò rem certam, ac definitam significat: Vt, ποῦ ἐστὶν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; Vbi est ille natus Rex Iudæorum?

Secundò vim habet Pronominum demonstratiuorũ

οὗτος,

οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτός, Hic, Ille, Ipſe: *Præſertim ante particulas illas diuidentes* μὲν, δὲ: Vt, ὁ μὲν, ὁ δὲ, Hic quidem, ille verò. *Aliquando ſumitur loco nominis* ἄλλος, Alius, Vt, ἑλληνιζόντων οἱ μὲν καλῶς, οἱ δὲ κακῶς ἐκφωνοῦσι: Græciſſantium alij benè, alij malè pronuntiant.

Tertiò rem interpretatur, Vt, ὁ θεός, Nempe De⁹.

Quartò dignitatem exprimit, Vt ἀγαθόν *apud Ariſtotilem ſignificat* Bonũ in genere: *ſed* τὸ ἀγαθόν vnicum ac ſummum Bonum.

Quintò ponitur vice Relatiui ὅς, ἥ, ὅ, Qui, Quæ, Quod: *& Interrogatiui* τίς, τί, Quis, Qui, Quæ, Quod, Quid: *Tunc autẽ præter ſpiritum denſum habet etiam tonum grauem* ὃ, Vt εἴ τῳ, Si cui.

PROSTHESIS II.

De Articulo Poſtpoſitiuo

Articulus Poſtpoſitiuus ὅς, ἥ, ὅ *particulas* περ, γε, *interdum aſſumit*, vt ὅσπερ, ἥπερ ὅπερ: *&* ὅσγε, ἥγε, ὅγε, Qui, Quæ, Quod.

Interdum aſſumit adiectiuum indefinitum τίς, τί, Quis, Quæ, Quod, Quid: *Vt* ὅστις, ἥτις, ὅτι. *Sed modò eandem retinet ſignificationẽ cum ſimplici* ὅς, ἥ, ὅ, Qui, Quæ, Quòd: *modò variat, idem valens quòd*, Quiſquis, Quæque, Quodq; *&* Quicunque, Quæcunque, Quodcunque.

In neutro genere ὅ, τι *interponitur hypodiaſtole* (,) *vt*

(,) *vt diſtinguatur à coniunctione* ὅτι, Quia.

Περὶ ὀνόματος,

ſeu

De Nomine.

THEOREMA II.

Nomini ſex accidunt.

γένος	*Genus,*
εἶδος	*Species,*
σχῆμα	*Figura,*
καταληξις	*Terminatio,*
ἀριθμὸς	*Numerus,*
πτῶσις	*Caſus.*

Ex quibus quatuor tantùm inſeruiunt huic loco: Videlicet Genus, Species, Figura, Terminatio.

De Genere

COMMA I.

Nominum genera quinque,

ἀρσενικὸν,	*Maſculinum,*
θηλυκὸν,	*Fœmininum,*
οὐδέτερον,	*Neutrum,*
κοινὸν,	*Commune,*
ἐπίκοινον.	*Promiſcuum.*

Singula prænotantur Articulo. qui Præpoſitiuus inde appellatur.

Maſculinum ὁ, *hic*,

Fœmininum ἡ, *hæc*,

Neu-

Neutrum τὸ, *hoc*,

Commune ὁ, καὶ ἡ, *hic*, *& hæc*.

Promiscuum, siue Epicœnum sub vna voce atq; articulo vtrunque genus significat, vt ὁ ϛρυθὸς, *hic passer*, tàm mas, quàm fœmina: ἡ χελιδὼν, *hęc hirundo*, tàm mas, quàm fœmina.

De Specie
COMMA II.

Species nominum alia ἁπλῶν, seu simplicium est: alia συνηρημένων, seu Contractorum, de quibus lib. 2.

Item alia πρωτοτύπων Primitiuorum, vt μέγας *magnus*, Alia παραγώγων Deriuatiuorũ, vt μεγαλεῖον *Magnificentia*.

Deriuantur autem alia ab alijs, atq; alijs nomina: A substantiuis substantiua, & adiectiua. Similiter ab adiectiuis adiectiua, & substantiua. A Verbis quoquè deriuari nomina, constabit ex sequentibus.

Sed præcipuæ Deriuatiuorũ species enumerantur septem.

συγκριτικὸν	*Comparatiuum*
ὑπερθετικὸν	*Superlatiuum*
πατρωνυμικὸν	*Patronymicum*
ὑποκορισικὸν	*Dimminutiuum*

κτητικὸν	*Possessiuum*
ῥηματικὸν	*Verbale*
ἀριθμητικὸν	*Numerale*

Περὶ συγκριτικοῦ, καὶ ὑπερθετικοῦ,
seu
De Comparatiuo, & Superlatiuo.
COMMA III.

A Positiuis manant Comparatiua, & Superlatiua: Sed alia Communia vocantur, alia Anomala.

Communia quidem Comparatiua in τερος, Superlatiua in τατος desinunt, Vt à Positiuo ἔνδοξος, ἐνδόξη, ἔνδοξον; *Gloriosus, sa, sum*, fit Comparatiuũ ἐνδοξότερος, ἐνδοξοτέρα, ἐνδοξότερον, *Gloriosior, sius*, & Superlatiuũ ἐνδοξότατος, ἐνδοξοτάτη, ἐνδοξότατον, *Gloriosissimus, ma, mum*.

Anomala verò Comparatiua in ων, Superlatiua in ιστος, Vt à Positiuo καλὸς, καλὴ, καλὸν, *Bonus, na, num*, fit Comparatiuum καλλίων, κάλλιον, *Melior, Melius*,

Et Superlatiuum κάλλιστος, καλλίστη, κάλλιστον, *Optimus, ma, mum*.

PROSTHESIS I.

In Comparatiuis, ac Superlatiuis communibus modò retinetur ο *terminatiuum Positiui, modò abijcitur, modò mutatur.*

1 Reti-

1 *Retinetur, cùm Positiuum in* εις, ης, ους *terminatur.*

In εις, *vt* χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, Gratiosus, osior, osissimus: *mutata diphthongo in priorem suam vocalem.*

In ης, *vt* ἀληθὴς, ἀληθέστερος, ἀληθέστατος, Verax, acior, acissimus: *mutato* η *in* ε.

In ους, *vt* ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, Simplex, icior, icissimus.

Interdum etiam assumitur, σ, *vbi deest, Videlicet cùm Positiuum in* ων *desinit, vt* εὐδαίμων, εὐδαιμονέστερος, εὐδαιμονέστατος, fælix, licior, cissimus, *assumpto* ε, *ac mutato* ο *longo in* ο *breue.*

2 *Abijcitur* ς, *positiuo in* υς *desinente, vt* βαρύς, βαρύτερος, βαρύτατος, grauis, ior, issimus.

Itē in ος, *vt* σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, sapiens, entior, entissimus: *& quia penultima syllaba in* σοφὸς *breuis est, in comparatiuo, & superlatiuo mutatur* ο *breue in* ω *longum. Contra verò retinetur* ο *breue, vbi penultima fuerit longa vel positione, vt* ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, gloriosus, ior, issimus: *Vel natura, vt* πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος mansuetus, etior, tissimus.

3 *Mutatur* ς, *vbi positiuum exit in* ας, *vt* μέλας, μελάντερος, μελάντατος, niger, nigrior, nigerrimus.

Obserua hic obiter fœminina Comparatiua, & Superlatiua penultimam syllabam acuere propter vltimam longam, vt σοφώτερος hic sapientior σοφωτέρα hæc sapientior: σοφώτατος sapientissimus, σοφωτάτη sapientissima.

PROSTHESIS II.

Hactenus quidem de Communibus Comparatiuis ac Superlatiuis: nunc verò de Anomalis: quorum series omnino est committenda memoriæ.

Videlicet.

Positiuũ καλὸς, *Cõparat.* καλλίων, *Superlat.* κάλλιστος
bonus melior optimus

Posit. κακὸς, *Comp.* (κακίων, *Sup.* (κάκιστος,
malus (χερείων, (χείριστος
(χείρων pessimus
peior

Pos. (ἀγαθὸς, *Comp.* (ἀμείνων, *Sup.* (ἄριστος, *vel*
vel (βελτίων, (βέλτιστος,
(ἐσθλὸς (βέλτερος, (λῷστος,
bonus (κρείττων, (κράτιστος,
(κρείσσων, (ἀγαθώτατος.
(ἀρείων, optimus
(λωΐων
melior

Pos. αἰσχρὸς *Comp.* αἰσχίων *Sup.* αἴσχιστος
turpis turpior turpissimus

Pos.

Pos. μικρὸς,	*Comp.* (μικρότερος,	*Sup.* (μικρότατος
Paruus	(ἐλάσσων,	(ἐλάχιστος
	(ἐλάττων,	minimus
	(ἥττων,	
	(μείων	
	minor	
Pos. ἐχθρὸς	*Comp.* ἐχθίων	*Sup.* ἔχθιστος
inimicus	inimicior	inimicissimus
Pos. ῥάδιος	*Comp.* ῥάων	*Sup.* ῥᾷστος
facilis	facilior	facillimus
Pos. λάλος	*Comp.* λαλίστερος	*Sup.* λαλίστατος
disertus	disertior	disertissimus
Pos. φίλος	*Comp.* (φίλτερος	*Sup.* (φίλτατος p
amicus	(pro φιλότερος	(φιλότατος
	amicior	amicissimus
Pos. μέγας	*Comp.* μείζων	*Sup.* μέγιστος
magnus	maior	maximus
Pos. πολὺς	*Comp.* πλείων	*Sup.* πλεῖστος
multus	copiosior	plurimus
Pos. ἴδιος	*Comp.* ἰδιαίτερος	*Sup.* ἰδιαίτατος
proprius	magis proprius	proprijssimus
Pos. βαθὺς	*Comp.* βαθίων	*Sup.* βάθιστος
profundus	profundior	profundissimus

Eius fœmininum

βαθεία	βαθίων	βάθιστη
profunda	profundior	profundissima

Neu-

Neutrum

βαθὺ	βάθιον	βάθιστον
profundum	profundius	profundissimum
Pos. γλυκὺς	*Comp.* γλυκίων	*Sup.* γλύκιστος
dulcis	dulcior	dulcissimus
Pos. ἡδὺς	*Comp.* ἡδίων	*Sup.* ἥδιστος
iucundus	iucundior	iucundissimus

P R O S T H E S I S III.

Non modò Nomina gradum comparationis admittunt; verum & Participia, Verba, Aduerbia, ac Præpositiones: Hoc autem partim ad Communium, partim ad Anomalorum regulam.

Participia, vt

Pos. ἐῤῥωμένος	*Cōp.* ἐῤῥωμενέστερος	*Sup.* ἐῤῥωμενέστατος
valens	valentior	valentissimus

à verbo ἔῤῥωμαι Valeo.

Verba, vt

Comp. φέρτερος	*Sup.* φέρτατος
præstantior	præstantissimus

nam loco Positiui est Verbum φέρω fero.

Aduerbia, vt

Comp. ἀνώτερος	*Sup.* ἀνώτατος
superior	supremus

à Positiuo aduerbio ἄνω sursùm, suprà.

Item Comp. μᾶλλον	*Sup.* μάλιστα
magis	maximè

à Po-

à Positiuo aduerbio μᾶλα valdè

Præpositiones, ut

Comp. ὑπέρτερος *Sup.* ὑπέρτατος

superior supremus

à Positiua præpositione ὑπὲρ supra

Item Comp. πρότερος *Sup.* (πρότατος, *vel* (πρόατος, (πρῶτος

prior primus

à Positiua præpositione πρὸ ante

Περὶ πατρωνυμικοῦ,

seu

De Patronymico.

COMMA IV.

Nomen Patronymicum propriè est, quod à nomine Patris proprio deducitur:

Vt optimè docet Vrbanus Bolzanius lib. 5. Inst. Græc. Non autem deducitur à nominibus Auorum, Maiorumvè, ne dum Matris, Fratrum, Regum, & Conditorum. Nam Homerus ab ijs solùm Auis deducit, qui ab Ioue traxerunt originem, ut αἰακίδης Aeacides, *idest Achilles Aeaci nepos:* δαρδανίδης, Dardanides, *idest Priamus nepos Dardani, qui Aui ex Ioue ambo nati fuerant.*

Pa-

Patronymicorum alia maſculina ſunt, alia fœminina.

Maſculina in αδης, vel ιδης deſinunt

Quæ in αδης, partim quidem à nominibus primæ declinationis deriuantur, mutato ας, vel ης in αδης, vt αἰνείας *Aeneas*, αἰνειάδης *Aeneades*, vel *Aeneæ filius*: ἰφίτης *Iphitus*, ἰφιτάδης *filius Iphiti*. Partim verò à nominibus tertiæ declinationis, quæ in ος purum deſinunt, conuerſo ος in αδης, vt ἥλιος *ſol*, ἡλιάδης *filius ſolis*.

Quæ autem in ιδης, ea fiunt ſiue à nominibus tertiæ declinationis in ος purum, vt πρίαμος *Priamus*, πριαμίδης *Filius Priami*: ſiue à nominibus quintæ, terminatione ος genitiui mutata in ιδης, vt πέλοψ, πέλοπος, πελοπίδης *Pelopis filius*. Vbi nonnunquam aſſumitur α per epentheſim, vt ἀμφιτρύων, ἀμφιτρυωνίδης, vel ἀμφιτρυωνιάδης *Hercules* Amphitryonis filius.

PROSTHESIS

In nominibus, quæ ante deſinentiam in ος *habent* ε *vel* ο, *mutatur quidem* ος *in* ιδης, *ſed ex* ε *vel* ο *præcedenti, & ex* ι *deſinentiæ patronymicæ componuntur diphthongi* ει, οι: *Vt* πηλεύς, πηλέος, πηλείδης *triſſyllabum*, *pro* πηλεΐδης *quadriſyllabum*, Pelides, *ideſt Achilles Pelei filius*. πάνθοος, πανθοίδης *pro* πανθοΐδης Panthi-

thides *filius Panthoi*.

Iones loco ιδης *faciunt* ιων, *vt* πηλίων *pro* πηλείδης. *Similiter Aeoles loco* αδης *habent* αδιος, *vt* ὑῤῥάδιος *pro* ὑῤῥάδης Hurrades *filius Hurræ*.

Fœminina verò patronymica tripliciter desinunt, videlicet in ας, ις, & νη.

Quæ in ας, à masculinis patronymicis deducuntur exerto δη, vt αἰνειάδης *Aeneades*, filius Aeneæ: αἰνειάς *Aeneas*, filia Aeneæ. Vbi vides Patronymicum fæmininum à Primitiuo non differre nisi variato loco accentus: αἰνείας Pater, αἰνειάς filia.

In ις quoq; à masculinis patronymicis sublato δη, vt πελοπίδης *Pelopides*, Pelopis filius: πελοπίς *Pelopis*, filia Pelopis.

In νη verò fiunt à Primitiuis dupliciter, aut ωνη, aut ινη. A Primitiuis, in quibus ι præcedit ος, formantur fœminina patronymica in ωνη, vt ἰκάριος *Icarius*, ἰκαριώνη Icarij filia. In quibus autem non præcedit ι fit ινη, vt ἄδραστος *Adrastus*, ἀδραστίνη Adrasti filia.

Περὶ ὑποκοριστικοῦ.
seu
De Dimminutiuo.

COMMA V.

Dimminutiuum variè terminatur

Mas-

Masculinum quidem in ων, αξ, σκος, λος, ῦς.

Vt à μωρός *stultus*, fit dimminutiuum μωρίων *stultulus*: λιθὰς *lapis*, λίθαξ *lapillus*: ἄνθρωπος *Homo*, ἀνθρωπίσκος *Homunculus*: ναύτης *Nauta*, ναυτίλος *Nautula*: Διόνυσος *Dionysius*, διονῦς *Dionysulus*.

Fœmininum verò in ις, & σκη.

Vt à θεραπεία *famulitiũ* fit θεραπαινίς *famula*: παιδίον *puella*, παιδίσκη *puellula*.

Neutrum in νιον, κιον, λιον, φιον, & διον.

Vt ab ὄψον *opsonium*, ὀψώνιον *opsoniolum*, μεῖραξ *adolescens*, μειράκιον *adolescentulus* εἶδος *poema*, εἰδύλλιον *idyllium*, hoc est breue *poema*: ζῶον *animal*, ζωύφιον *animalculum*, seu bestiola: κρέας *caro*, κρεάδιον *caruncula*.

PROSTHESIS.

In ijs vocabulis, quæ dimminutiua nondum habent à bonis authoribus vsurpata, opus est prudenti consilio, videlicet vt ex aliorum imitatione dimminutiua noua formentur. Possunt autem ab vno plura simul deduci, quod etiam apud Latinos commune est: Vt ab ἄνθρωπος homo *deducuntur hæc tria* ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπίσκος homulus, homunculus, homuncio.

Περὶ

Περὶ κτητικοῦ
ſeu
De Poſſeſſiuo.

COMMA VI.

Poſſeſſiuum nomen, ſeu quod poſſeſſionem rei ſignificat, partim à proprijs manat, partim ab apellatiuis,

A proprijs quidem vel Hominis, vel Regionis, vel Vrbis.

Ab apellatiuis autem vel Studium ſignificantibus, vel Materiam, vel Locum, vel Naturam, vel Conditionem, vel Qualitatem.

Terminatur verò potiſſimũ quadrupliciter in *της*, *ωδης*, *κος*, *ος*.

Sed quod in *κος*, vel facit *ικος*, vel *υκος*.

In *ος* autem vno ex his modis, videlicet *ιος*, *εος*, *ειος*, *αιος*, *οιος*, *ῳος*, *ινος*, *μος*: quæ ſingula ſubiectis exemplis illuſtrantur.

In *της*, vt ἤπειρος *Epirus* (eſt nomen Regionis) ἠπειρώτης *Epirota*.

In *ωδης*, vt λίθος lapis (eſt Materiæ) λιθώδης *lapideus*.

In *κος*:
- vel *ικος*, vt ῥήτωρ *Rhetor* (eſt Studij) ῥητορικός *Rhetoricus*.
- vel *υκος*, vt θῆλυ *fæmina* (eſt Naturæ) θηλυκός *fæmininus*.

vel

In ος {
vel ιος, vt ὐρανὸς *Cælum* (est Loci) ὐράνιος *Cælestis*.
vel ιος, vt ἕκτωρ Hector (est Viri) ἑκτόρειος Hectoreus.
vel ειος, vt ἄνθρωπος Homo (est Naturæ) ἀνθρώπειος Humanus.
vel αιος, vt ῥώμη Roma (est Vrbis) ῥωμαῖος Romanus,
vel οιος, vt ἀχιλλεὺς (est Viri) ἀχίλλοιος Achilleus.
vel ωος, vt πατὴρ (est Conditionis) πατρῷος Paternus.
vel ινος, vt ἄνθρωπος (est Naturæ) ἀνθρώπινος Humanus.
vel μος, vt νόμος Ius (est Qualitatis) νόμιμος Iustus.

PROSTHESIS I.

Non vna semper est Possessiuorum in singulis speciebus terminatio, quemadmodum allata testantur exempla. Nam Possessiuum Naturæ u. g. variè desinit, vt ab ἄνθρωπος Homo *fit non modò* ἀνθρώπειος, *&* ἀνθρώπινος, *sed etiam* ἀνθρώπικος, *quæ tria vnum significant, hoc est* Humanus. *Eodem quoque modo Materia non solum in* ωδης *finitur, sed etiam in* ινος, *vt à* λίθος lapis, *fit* λιθώδης, *&* λίθι-

νος

νος lapideus: *imo etiam in* εος, *vt à* χρυσὸς aurum χρύσεος aureus: *aliisq; præterea modis.*

Quod in nominibus quoq; Hominũ reperitur: Hæc enim in εος, ειος, *&* ικος *efferunt Possessiuum, vt ab* ἕκτωρ Hector, ἑκτόρεος Hectoreus: *ab* ὅμηρος Homerus, ὁμήρειος, *&* ὁμηρικὸς Homericus. *Id ipsum de reliquis vsurpandum: Ad Quorum similitudinem licebit vtiq. possessiua noua formare, vbi nulla hactenus vsitata suppetant.*

Περὶ ῥηματικοῦ,

seu

De Verbali.

COMMA VII.

Etsi perfecta cognitio formandi Verbalia nomina ex coniugatione Verborum dependet (qua de re in sequenti parte huius Operis) præsentis tamen est loci terminationem ipsorum Verbalium assignare, vt à reliquis nominum speciebus secernantur.

Verbale nomẽ à Præterito verbi deriuatur Passiuo, & Medio.

A Medio quidem tripliciter, in ος, ευς, & η.

In ος, vt à τέτυπα *percussi*, vel *percussus sum*, fit τύπος *typus*, seu *nota*.

In ευς, vt à γέγονα *genui*, vel *genitus sum*, fit γονεὺς *genitor*. B In

In η, vt à τέτομαι *secui* vel *sectus sum*, fit τομὴ *sectio*.

A Passiuo autem vel primæ personæ, vel secundæ, vel tertiæ.

Primæ personæ tripliciter, in μα, μος, μων.

In μα, vt à γέγραμμαι *scriptus sum*, fit γράμμα *scriptura, seu litera*.

In μος, vt ab ἔψαλμαι *cantatus sum*, fit ψαλμός *cantus*.

In μων, vt à νενόημαι *intellectus sum*, fit νοήμων *intelligens*.

Secundæ personæ dupliciter, in ις, & ια.

In ις, vt à πέπραξαι *actus es*, fit πρᾶξις *actio*,

In ια, vt ab ἐξήρασαι *arefactus es*, fit ξηρασία *arefactio*.

PROSTHESIS.

Verbalia in ια frequenter cum particulis α, ευ, δυς componuntur: vt à πρᾶξις actio, *quod à secunda persona Præteriti passiui* πέπραξαι actus es *emanauit, alia rursus tria composita emanant. Ea sunt* ἀπραξία cessatio ab actionibus: εὐπραξία prosperitas in actionibus: *&* δυσπραξία aduersitas in actionibus.

Tertiæ personæ septempliciter: in της, τος, ωρ, ηρ, τήριον, τρον, εον.

In της, vt à πεποίηται *factus est*, fit ποιητής *poeta*

τα quasi *factor*.
In τος, vt à κέχρισαι *vnctus est*, fit χρισὸς *christus*, idest *vnctus*.
In ωρ, vt à κεκόσμηται *ornatus*, seu *conditus est*, fit κοσμήτωρ, *ornator, conditor*.
In ηρ, vt à κεχάρακται *impressus est*, fit χαρακτήρ, *figura effigies*.
In τήριον, vt à πέπωται *potus est*, fit ποτήριον *poculum, calix*.
In τρον, vt à δεδίδακται *doctus est*, fit δίδακτρον *pretium docendi*.
In εον, vt à πεποίηται *factus est*, fit ποιητέον *faciendum*.

PROSTHESIS I.

De Nominibus verbalibus hic præcipitur: postremum tamen ex allatis in εον *Aduerbium est, seu quasi Gerundium: sed & ipsum loco Nominis esse potest, si per tria genera varietur,* ὁ ποιητέος, ἡ ποιητέα, τὸ ποιητέον facicndus, da, dum.

PROSTHESIS II.

Duo ferè præstantur in formandis Verbalibus, vt liquet ex allatis exemplis:
Nam ex Præterito Verbi Passiui, vel Mediȷ & tollitur prima syllaba, & mutatur vltima. Vt in Præterito Medio τέτυπα, *verberauit, & ver-*

beratus est, dempta τε, *ac mutata* α *in* ος, *formatur* τύπος typus, *figura seu vestigium, quod percutiendo imprimitur.*

In quibusdam tamen fit mutatio non modò in vltima, sed etiam in penultima. ver. gra. in præterito Passiuo τέθειμαι positus sum, *sublata prima syllaba* τε, *mutatisquè vltima* μαι *in* μα, *& penultima* θει *in* θε, *formatur verbale* θέμα positio *vel* argumentum. *Id in cæteris quoque personis tùm Passiui, tùm Medij Præteriti.*

Περὶ ἀριθμητικοῦ
seu
De Numerali.

COMMA VIII.

Numerale nomen in duas classes distribuitur, in Cardinale, & Ordinale. Vtrique tria vbiquè genera conueniunt sub tribus modò vocibus, modò sub duabus, modò sub vna.

Cardinale quidem aliter, atquè aliter terminatur: Ordinale verò sequitur communes Adiectiuorum canones, de quibus infrà, Commate X. de Terminatione.

Typus Cardinalium.

ὁ εἷς, ἡ μία, τὸ ἓν *vnus, vna, vnum:* Habet tria genera sub tribus vocibus.

τῶ,

τὼ, τὰ, τὼ δύο, vel δύω Atticè *hi duo, hæ duæ, hæc duo*: tria genera ſub vna voce.

οἱ, καὶ αἱ τρεῖς, τὰ τρία *hi, & hæ tres, hæc tria*: genera tria ſub vocibus duabus.

οἱ, καὶ αἱ τέσσαρες, τὰ τέσσαρα, *hi & hæ & hæc quatuor*: tria ſub duabus vocibus genera.

ſeu	τέτταρες, ρα	Atticè
	τέσσερες, ρα	Ionicè
	τέτορες, ρα	Doricè
	πίσυρες, ρα	Poeticè

οἱ, καὶ αἱ, καὶ τὰ πέντε, *hi, & hæ, & hæc quinque*: ſub vna voce tria genera.

Reliqua Numeralia vſq; ad Centum, tria ſimiliter genera ſub vna voce comprehendunt.

Ea ſunt.

ἕξ	Sex	ἐννέα	Nouem
ἑπτὰ	Septem	δέκα	Decem
ὀκτὼ	Octo	ἕνδεκα	Vndecim

δώδεκα, *vel* δυοκαίδεκα, *vel* δυώδεκα Duodecim

δεκατρία, *vel* τριακαίδεκα, *vel* τρισκαίδεκα Tredecim

δεκατέσσαρα, *vel* τεσσαρακαίδεκα Quatuordecim

δεκαπέντε, *vel* πεντεκαίδεκα Quindecim

δεκαέξ, *vel* ἑκκαίδεκα Sexdecim

δεκαέπτα, *vel* ἑπτακαίδεκα Septendecim

δεκαοκτώ, vel ὀκτωκαίδεκα Octodecim
δεκαεννέα, vel ἐννεακαίδεκα Nouendecim
εἴκοσι Viginti
εἰκοσιὲν Viginti vnum
εἰκοσιδύο Viginti duo
εἰκοσιτρία Viginti tria &c.

PROSTHESIS I.

Composita ex τρεῖς, & τέσσαρες peculiari quodam iure à reliquis secernuntur. Nam præter δεκατρία reperitur δεκατρεῖς: & præter δεκατέσσαρα etiam δεκατέσσαρες, ita vt credi possit, composita ex τρεῖς, & τέσσαρες communis esse generis: ex τρία verò, & τέσσαρα Neutrius: ideoq́ in his non comprehendi tria genera sub vna voce. Sed reperitur etiam τεσσαρεσκαίδεκα in neutro pro τεσσαρακαίδεκα (τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν dixit Epictetus Enchir. c. 62.) Dicendum itaq́ est, Numeralia ista, cùm pro genere substantiuorum variantur, censeri disiuncta, non cōposita, vt οἱ, et αἱ δεκατρεῖς ἄνθρωποι Tredecim homines, *τὰ δεκατρία σημεῖα* Tredecim vexilla, quasi *δέκα τρεῖς, & δέκα τρία*: *οἱ*, & *αἱ δεκατέσσαρες, vel τεσσαρεσκαίδεκα ἄνθρωποι* Quatuordecim homines: *τὰ δεκατέσσαρα, vel τεσσαρακαίδεκα σημεῖα* Quatuordecim vexilla, *quasi δέκα τέσσαρες, vel τέσσαρες, καὶ δέκα, & δέκα τέσ-*

τέσσαρα, *vel* τέσσαρα, καὶ δέκα. *Cùm autem substantiuorum generi non respondent, censeri composita, omnisq; generis, vt in allato exemplo Epicteti. Compositio enim aliquando fit ex dictionibus nonnihil corruptis, vt eruditè Gallus noster tradit in Rhetore l. 3. c. 4. Idem de alijs einsmodi Numeralibus iudicandum. Nam præter* εἰκοσιὲν, *quod ex neutro* ἓν *constare videtur, reperitur etiam* εἰκοσιεῖς *ex masculino &c.*

P R O S T H E S I S II.

I*n componendis Numeralibus maior numerus præfertur minori sine coniunctione: minor autem maiori cum coniunctione* καὶ &. *Vt* δεκατρία, *quasi* δέκα τρία, decem tria: τρισκαίδεκα, *quasi* τρία, καὶ δέκα, tria & decem *contra vsum Latinorum, qui dicunt* Septendecim *minore numero maiorem præcedente sine coniunctione: contrà verò* Decem & Septem &c.

Excipe δυώδεκα. *Item* τριάκοντα, τεσσαράκοντα *cum similibus, quæ ex corruptis dictionibus composita, meritò extra communem legem vagantur.*

τριάκοντα	Triginta
τεσσαράκοντα	Quadraginta
πεντήκοντα	Quinquaginta
ἑξήκοντα	Sexaginta

ἑβδομήκοντα	Septuaginta
ὀγδοήκοντα, vel ὀγδώκοντα	Octoginta
ἐννενήκοντα	Nonaginta
ἑκατὸν	Centum

Hactenus ſub vna voce tria genera: Deinceps tria ſub tribus.

οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, Ducenti, Ducentæ, Ducenta.

οἱ τριακόσιοι, αἱ σιαι, τὰ σια, Trecenti, tæ, ta.

τεσσαρακόσιοι, vel τετρακόσιοι, σιαι, σια, Quadringenti, tæ, ta.

πεντακόσιοι	Quingenti
ἑξακόσιοι	Sexcenti
ἑπτακόσιοι	Septingenti
ὀκτακοσιοι	Octingenti
ἐννεακόσιοι	Nongenti
χίλιοι	Mille
διχίλιοι	Bis mille
τριχίλιοι	Ter mille
τετρακιχίλιοι	Quater mille
πεντακιχίλιοι	Quinquies mille
ἑξακιχίλιοι	Sexies mille
ἑπτακιχίλιοι	Septies mille
ὀκτακιχίλιοι, vel ὀγδοακιχίλιοι	Octies mille
ἐννεακιχίλιοι	Nouies mille
μύριοι	Decies mille

μυριοιεῖς Vndecies mille
μυριοιδύο Duodecies mille &c.
δισμύριοι Vicies mille
τρισμύριοι Tricies mille
τετρακισμύριοι Quadragies mille
πεντακισμύριοι Quinquagies mille &c.
δέκα μύριοι Decies deni mille, ſeu centies mille
εἴκοσι μύριοι Vicies deni mille, ſeu Bis centũ mille, ſeu Ducenti mille
τριάκοντα μύριοι Tricies deni mille, ſeu Trecenti mille
τεσσαράκοντα, μύριοι Quadragies deni mille, ſeu Quadringenti mille
πεντήκοντα μύριοι Quinquagies deni mille, ſeu Quingenti mille
ἑξήκοντα μύριοι Sexagies deni mille, ſeu Sexcenti mille
ἑβδομήκοντα μύριοι Septuagies deni mille, ſeu Septingenti mille
ὀγδοήκοντα μύριοι Octogies deni mille, ſeu Octingenti mille
ἐννενήκοντα μύριοι Nonagies deni mille, ſeu Noningenti mille
ἑκατὸν μύριοι Centies deni mille, ſeu millies mille

δια-

διακόσιοι μύριοι Ducenties deni mille, seu bismillies mille

Ordinalia verò significant ordinem in ipso numero, & satisfaciunt interrogationi factæ per πόσος Quotus.

Typus Ordinalium.

πρῶτος, πρώτη, πρῶτον Primus, Prima, Primum : *sic & reliqua*

δεύτερος	Secundus
τρίτος	Tertius
τέταρτος	Quartus
πέμπτος	Quintus
ἕκτος	Sextus
ἕβδομος	Septimus
ὄγδοος	Octauus
ἔννατος	Nonus
δέκατος	Decimus
ἑνδέκατος	Vndecimus
δυοκαιδέκατος	Duodecimus
τρισκαιδέκατος	Tertius decimus
τεσσαρεσκαιδέκατος	Quartus decimus
πεντεκαιδέκατος	Quintus decimus
ἑκκαιδέκατος	Sextus decimus
ἑπτακαιδέκατος	Decimus Septimus
ὀκτωκαιδέκατος	Decimus Octauus
ἐννεακαιδέκατος	Decimus Nonus

εἰκο-

εἰκοστὸς	Vigesimus
εἰκοστὸς πρῶτος	Vigesimus Primus
εἰκοστὸς δεύτερος	Vigesimus Secund⁹ &c.
τριακοστὸς	Trigesimus
τριακοστὸς πρῶτος	Trigesimus primus &c.
τεσσαρακοστὸς	Quadragesimus
πεντηκοστὸς	Quinquagesimus
ἑξηκοστὸς	Sexagesimus
ἑβδομηκοστὸς	Septuagesimus
ὀγδοηκοστὸς	Octogesimus
ἐννενηκοστὸς	Nonagesimus
ἑκατοστὸς	Centesimus
διακοσιοστὸς	Ducentesimus
τριακοσιοστὸς	Trecentesimus
τετρακοσιοστὸς	Quadringentesimus
πεντακοσιοστὸς	Quingentesimus
ἑξακοσιοστὸς	Sexcentesimus
ἑπτακοσιοστὸς	Septingentesimus
ὀκτακοσιοστὸς	Octingentesimus
ἐννεακοσιοστὸς	Nongentesimus
χιλιοστὸς	Millesimus
δισχιλιοστὸς	Bismillesimus
τρισχιλιοστὸς	Termillesimns
τετρακισχιλιοστὸς	Quatermillesimus
πεντακισχιλιοστὸς	Quinquies millesimus
ἑξακισχιλιοστὸς	Sexies millesimus

ἑπτα-

ἑπτακισχιλιοστὸς	Septies millesimus
ὀκτακισχιλιοστὸς	Octies millesimus
ἐννακισχιλιοστὸς	Nouies millesimus
μυριοστὸς	Decies millesimus &c:

P R O S T H E S I S III.

Ex Numeralibus fiunt Numeratiua, quatuor distincta classibus ex quadruplici terminatione. Alia enim in πλοῦς desinunt, alia in πλάσιος, alia in ταῖος, alia demum in ας. Priores tres sunt Adiectiuorum *nominum sub tribus vocibus: quarta substantiui nominis, generis fœminini.*

In πλοῦς finita satisfaciunt interrogationi factæ per ποσαπλοῦς; quotuplex? *Sunt autem composita ex πλόος, siue πλοῦς per contractionem:* ποσαπλόος, ποσαπλοῦς: ποσαπλόη, ποσαπλῆ, ποσαπλόον, ποσαπλοῦν, hic hæc hoc quotuplex. *Sic* ἁπλοῦς simplex, διπλοῦς duplex, τριπλοῦς triplex, τετραπλοῦς quadruplex, πενταπλοῦς quintuplex, ἑξαπλοῦς Sextuplex, ἑπταπλοῦς septuplex, ὀκταπλοῦς octuplex, ἐννεαπλοῦς noncuplex, δεκαπλοῦς decuplex &c. *Quibus adde* πολλαπλοῦς multiplex.

In πλάσιος satisfaciunt interrogationi per ποσαπλάσιος, ποσαπλασία, ποσαπλάσιον; quotuplus, quotupla, quotuplum?

Sic

Sic etiã διπλάσιος duplus, τριπλάσιος triplus, τετραπλάσιος quadruplus, πενταπλάσιος quintuplus, ἑξαπλάσιος sextuplus, ἑπταπλάσιος septuplus, ὀκταπλάσιος octuplus, ἐννεαπλάσιος noncuplus, δεκαπλάσιος decuplus, εἰκοσαπλάσιος vigecuplus, ἑκατονταπλάσιος centuplus, χιλιαπλάσιος millecuplus, μυριαπλάσιος deno milleno auctus numero. *Quibus adde* πολλαπλάσιος multiplex.

Pro διπλάσιος *&c. dicitur etiam* διπλασίων, τριπλασίων, τετραπλασίων *&c.*

In ταῖος *(quæ à quibusdam dicuntur Temporalia, seu Dialia) satisfaciunt interrogationi per* ποσταῖος, ποσταία, ποσταῖον; Quoto die, vel Intra quot dies agens aliquid?

Sic δευτεραῖος Intra duos dies agens, τριταῖος Intra tres dies agens, τεταρταῖος Intra quatuor dies agens, πεμπταῖος, *vel* πενταῖος Intra quinque dies agens, ἑκταῖος Intra sex dies agens, ἑβδομαῖος Intra septem dies agens.

Hæc item latinè sonant Biduanus, Triduanus, Quatriduanus &c.

Item Secundanus, Tertianus, Quartanus &c.

Item Secundus, Tertius, Quartus &c.

In ας *deniq; fœminina tantùm sunt, & abstracta, Vt* μονὰς vnitas, δυὰς duitas, τριὰς trini-

tas

tas, τετρὰς quaternitas, πεμπτὰς quinarius, *id est numerus*, ἑκτὰς ſenarius, ἑπτὰς ſeptenarius, ὀγδοὰς octonarius, ἐννεὰς nouenarius, δεκὰς denarius, ἑνδεκὰς vndenarius, εἰκὰς vicenarius, ἑκατοντὰς centenarius, χιλιὰς millenarius. μυριὰς decies millenarius &c.

PROSTHESIS IV.

Diſtributiui numeri, cuiuſmodi ſunt apud Latinos Singuli, Bini, Terni, Quaterni &c. Græcè non habent certam ſpeciem, ſed aliter, atq; aliter exprimuntur.

1 *per ipſamet nomina Cardinalia. vt* εἷς vnus *pro* ſinguli. λάβωμεν ἀνὴρ εἷς βιβλίον ἓν, Accipiamus vir vnus (*pro* ſinguli) librum vnum. *Sic* δύο Bini, τρεῖς Terni &c.

2 *per eadem Cardinalia geminata. Sic* δύο, δύο Bini. ἀποστέλλειν αὐτοὺς δύο δύο, Mittere ipſos binos.

3 *per nomina Numeratiua in* πλοῦς. *Sic* διπλοῖ Bini, τριπλοῖ Terni &c.

4 *per Numeralia præcedente* κατὰ *præpoſitione. Sic* κατ' ἕνα μῆνα per ſingulos menſes (*quaſi* per vnum menſem). κατα τρεῖς προσεπέλαζον, terni adiungebantur (*quaſi* per tres). ἐξάγω ἄνδρας κατ' εἴκοσι, educo viros vicenos (*quaſi* per viginti).

Alijs item modis redduntur Distributiui, quos vsu melius disces, quàm praeceptis.

De Figura

COMMA IX.

Figura nominis triplex est. Simplex, vt ἵππος *Equus*: Composita, vt φίλιππος *Philippus*, idest Amator Equorum: Decomposita, vt φιλιππίδης *Philippides*, id est filius amatoris equorum.

De Terminatione

COMMA X.

Terminatio in nominibus Adiectiuis est multiplex (nam de substantiuis agitur in sequenti libro). Aut enim habent duas voces: Aut tres.

Adiectiua duarum vocum sic terminantur

Masculinum, & fœmininũ in ης desinentia faciunt neutrum in ες commutato η in ε, vt ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς *Hic, & Hæc, & Hoc Verax.*

In ις habent neutrum in ι, vt ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, *Hic, & Hæc, & hoc Amans patrię.*

In ων habent neutrum in ον. vt ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, τὸ εὔδαιμον *Hic, & Hæc, et Hoc fælix.*

In

In ως, neutrum in ων, vt ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ εὔγεως, τὸ εὔγεων *Hic & Hæc fertilis, & Hoc fertile.*
In ους, neutrum in ουν, vt ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν *Hic, & Hæc, et Hoc Multipes*, ideſt Qui multos habet pedes.
In υς, neutrum in υ, vt ὁ, καὶ ἡ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ *Hic, et Hæc, et Hoc Carens lachrumis.*
Adiectiua trium vocum vel Simplicia ſunt, vel Contracta.
Simplicia ſic terminantur.
Maſculinum genus in ος purum, habet fœmininum in α, neutrum in ον, vt δίκαιος, δικαία, δίκαιον *Iuſtus Iuſta Iuſtum.*
Excipe
ὄγδοος, ὀγδόη, ὄγδοον *Octauus Octaua Octauum* ἁπλόος, ἁπλόη, ἁπλόον *Planus, na, num*, cum reliquis à πλόος compoſitis.
Maſculinum in ρος, habet fœmininum in ρα, Neutrum in ρον, vt ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτερον *Noſter, ra, rum.*
Reliqua Maſculina in ος non purum habēt fœmininum in η, Neutrum in ον, vt καλὸς, καλὴ, καλὸν *Bonus, na, num.*
Excipe
ἄλλος, ἄλλη, qnod habet neutrum in ο, ἄλλο, *Alius, Alia, Aliud.*

PROS-

P R O S T H E S I S.

Attici nomina in ος *habent communia, id est sub voce masculini generis comprehendunt & fæmininum præsertim in deriuatis, & compositis, vt* σοφὸς, σόφη, σοφὸν, hic, & hæc, & hoc sapiens: *Atticè declinatur* ὁ καὶ ἡ σοφὸς, τὸ σοφὸν Hic, & hæc sapiẽs, hoc sapiẽs. *Hinc* φιλόσοφος, φιλοσόφη, φιλόσοφον, Amicus Sapientiæ: *Atticè* ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, τὸ φιλόσοφον. *Id in Poetis frequentiùs obseruabis.*

Masculinum in εις habet fœmininum in εσσα, Neutrum in εν, vt ὁ χαρίεις, ἡ χαρίεσσα, τὸ χάριεν *Gratus, ta, tum.*

Masculinum verò Participij Actiui, et Passiui in εὶς, habet fœmininum in εισα, Neutrum in εν, vt ὁ φιληθεὶς, ἡ φιληθεῖσα, τὸ φιληθὲν *Amatus, ta, tum,*

Masculinum in ας habet fœmininũ in αινα: Neutrum in αν, vt ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν *Ater, Atra, Atrum.*

Excipe

ὁ πᾶς *hic omnis*, ἡ πᾶσα *hæc omnis*, τὸ πᾶν *hoc omne.*

ὁ μέγας, ἡ μεγάλη, τὸ μέγα *Magnus, gna, gnum.*

ὁ ποιήσας, ἡ ποιήσασα, τὸ ποιῆσαν *Qui, Quæ,*

Quod fecit, vel *Operatus, ta, tum*. Cum cæteris Participijs in ας Indefiniti primi Actiui.

Masc. in υς, fœmin. in εια, Neut. in υ, Vt ὁ γλυκὺς *hic dulcis*, ἡ γλυκεῖα *hæc dulcis*, τὸ γλυκὺ *hoc dulce*:

Masc. in ην, fœm. in εινα, Neu. in εν, Vt ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν *Tener, Tenera, Tenerum*. Hęc tamen nomina quandoq; habent cõmune masculinum cũ fœminino, vt ὁ καὶ ἡ τέρην, τὸ τέρεν.

Masc. in ως, fœm. in υῖα, Neu. in ὸς, Vt ὁ πεποιηκὼς, ἡ πεποιηκυῖα, τὸ πεποιηκὸς *Qui, Quæ, Quod fecit* vel *Operatus, ta, tum*,

Masc. in ων, fœm. in ουσα, Neu. in ον, Vt ὁ τύπτων, ἡ τύπτουσα, τὸ τύπτον, *hic, & hæc, & hoc Verberans*:

Cõtracta verò Adiectiua terminantur his modis.

Masc. in ης, fœm. in ησσα, Neu. in ην. Vt ὁ τιμῆς, ἡ τιμῆσσα, τὸ τιμῆν, *Honoratus, ta, tum* (Contrahitur à nomine τιμήεις, τιμήεσσα, τιμῆεν eiusdem significationis.

Masc. in ους, fœm. in η, Neu. in ουν, Vt ὁ χρυσοῦς, ἡ χρυσῆ, τὸ χρυσοῦν *Aureus, ea, eum*. Contrahitur (ait Clenardus) à χρύσεος, χρύσεα, vel χρύσεη, χρύσεον, eiusdem significationis.

Masculinum in ους aliquando habet fœmininum

in εσσα, *Neutrum in* εν, *Vt* μελιτοῦς, μελιτοῦσσα, μελιτοῦν Melleus, ea, eum. *Contrahitur à* μελιτόεις, μελιτόεσσα, μελιτόεν *eiusdem significationis.*

Περὶ ἀντωνυμίας

ſeu

De Pronomine

THEOREMA III.

Pronominum duo ſunt genera, Primitiuum, & Deriuatiuum

Primitiuum triplex, Primæ, Secundæ, ac Tertiæ perſonæ

Primæ ἐγὼ *Ego*: Secundæ σὺ *tu*: Tertiæ οὗ, *ſui*.

Deriuatiuum quadruplex, videlicet

Poſſeſſiuum, Demonſtratiuum, Relatiuum, & Compoſitum.

Poſſeſſiuorum ſpecies octo: tres à tribus numeris primæ perſonæ, tres ſecundæ, duæ tertiæ.

A prima perſona ἐμός, ἐμή, ἐμόν *meus, mea, meũ*: νωΐτερος, νωϊτέρα, νωΐτερον *Noſter, noſtra, noſtrum*, de duobus

ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτερον *Noſter, noſtra, noſtrum*, de pluribus:

A ſecunda perſona σός, σή, σόν *tuus, tua, tuum*: σφωΐτερος, σφωϊτέρα, σφωΐτερον *Veſter, veſ-*

tra, vestrum, de duobus:
ὑμέτερος, ὑμετέρα, ὑμέτερον *Vester, vestra, vestrum*, de pluribus.

A tertia persona ὅς, ἥ, ὅν, *suus, sua, suum*, de vno.
σφέτερος, σφετέρα, σφέτερον, *suus, sua, suum*, tàm de duobus, quàm de pluribus.

Demonstratiuorum species duæ,
οὗτος, αὕτη, τοῦτο, dempto *υ*, *Hic, Hæc, Hoc.*
ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, dempto similiter *υ*, *Ille, Illa, Illud.*

Relatiuum vnum αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ sine *υ*, *Ipse, Ipsa, Ipsum.*

Compositorum species tres, videlicet ex tribus primitiuis singillatim cum relatiuo
ἐμαυτοῦ *mei ipsius*: σεαυτοῦ, vel σαυτοῦ per crasim *Tui ipsius*: ἑαυτοῦ, vel αὑτοῦ per aphæresim *Sui ipsius* (cum αὑ aspirata, ad distinctionem alterius αὐτοῦ cum αὐ leuigata.)

His adde Pronomina illa, quæ vocant Infinita, seu Indeterminata ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ δεῖνα (Poeticè etiam δεὶς) *Quidam, Quædam, Quoddam*, seu *Aliquis*, seu *Quispiam.*
ὁ, καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ eiusdem significationis cum δεῖνα. Notatur autem graui tono ad distinctionem alterius τίς, τί acuto tono præfixi

quod

quod significat *Quis* vel *qui*, *quæ*, *quod* vel *quid*: seruit autem interrogationi.

Reperiuntur etiã ἀμὸς *Vnus* vel *Aliquis*: ἔνιος, seu ἔνιοι, in num. plur. *Aliqui*, *Quidam*: ἐνιαῖος *Aliquis*. Hæc autem in masculino tantùm genere ferè vsurpantur.

PROSTHESIS I.

Pronomen Primitiuum tertiæ personæ est ὅς, *casus nominatiui: sed latinè non effertur nisi in genitiuo* οὗ sui. *Itaquè significationem sæpè accipit Relatiui* αὐτὸς ipse.

Possessiuum σφέτερος suus *ab* ὅς *primitiuo deductum sumitur nonnunquam pro* ὑμέτερος vester.

Articuli Præpositiui, si componantur cum repletiuis coniunctionibus γε, δὲ, *vim, obtinent pronominũ demonstratiuorum, vt* ὅγε, ἥγε, τόγε: ὅδε, ἥδε, τόδε: *pro* οὗτος, αὕτη, τοῦτο Hic, Hæc, Hoc.

PROSTHESIS II.

Relatiuum αὐτὸς *interdum pro Demõstratiuo* οὗτος Hic *ponitur: Interdum Reciproci naturam induit loco primitiui* ὅς, *vt* ἐπ' αὐτὸν *pro* ἐπ' ἕ in se, *& pro* ἐπ' ἑαυτὸν in se ipsum. *Interdum stat loco Reciproci possessiui, vt* παρ' αὐτοῦ de suo, de sua re: *Interdum significat quod apud Latinos pronomẽ* Idem, vt ὁ αὐτὸς εἰμι, idem, qui antea, sum.

tra, vestrum, de duobus:

ὑμέτερος, ὑμετέρα, ὑμέτερον *Vester, vestra, vestrum*, de pluribus.

A tertia persona ὅς, ἥ, ὅν, *suus, sua, suum*, de vno.

σφέτερος, σφετέρα, σφέτερον, *suus, sua, suum*, tàm de duobus, quàm de pluribus.

Demonstratiuorum species duæ,

οὗτος, αὕτη, τοῦτο, dempto ν, *Hic, Hæc, Hoc.*

ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, dempto similiter ν, *Ille, Illa, Illud.*

Relatiuum vnum αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ sine ν, *Ipse, Ipsa, Ipsum.*

Compositorum species tres, videlicet ex tribus primitiuis singillatim cum relatiuo

ἐμαυτοῦ *mei ipsius*: σεαυτοῦ, vel σαυτοῦ per crasim *Tui ipsius*: ἑαυτοῦ, vel αὑτοῦ per aphęresim *Sui ipsius* (cum αὑ aspirata, ad distinctionem alterius αὐτοῦ cum αὐ leuigata.)

His adde Pronomina illa, quæ vocant Infinita, seu Indeterminata ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ δεῖνα (Poeticè etiam δεὶς) *Quidam, Quædam, Quoddam*, seu *Aliquis*, seu *Quispiam*.

ὁ, καὶ ἡ τὶς, τὸ τὶ eiusdem significationis cum δεῖνα. Notatur autem graui tono ad distinctionem alterius τίς, τί acuto tono præfixi

quod

quod significat *Quis* vel *qui*, *quæ*, *quod* vel *quid*: seruit autem interrogationi.

Reperiuntur etiã ἀμὸς *Vnus* vel *Aliquis*: ἔνιος, seu ἔνιοι, in num. plur. *Aliqui*, *Quidam*: ἐνιαῖος *Aliquis*. Hæc autem in masculino tantùm genere ferè vsurpantur.

P R O S T H E S I S I.

Pronomen Primitiuum tertiæ personæ est ὅς, *casus nominatiui: sed latinè non effertur nisi in genitiuo* οὗ sui. *Itaquè significationem sępè accipit Relatiui* αὐτὸς ipse.

Possessiuum σφέτερος suus *ab* ὅς *primitiuo deductum sumitur nonnunquam pro* ὑμέτερος vester.

Articuli Præpositiui, si componantur cum repletiuis coniunctionibus γε, δὲ, *vim, obtinent pronominũ demonstratiuorum, vt* ὅγε, ἥγε, τόγε: ὅδε, ἥδε, τόδε: *pro* οὗτος, αὕτη, τοῦτο Hic, Hæc, Hoc.

P R O S T H E S I S II.

Relatiuum αὐτὸς *interdum pro Demõstratiuo* οὗτος Hic *ponitur: Interdum Reciproci naturam induit loco primitiui* ὅς, *vt* ἐπ' αὐτὸν *pro* ἐπ' ἓ in se, *& pro* ἐπ' ἑαυτὸν in se ipsum. *Interdum stat loco Reciproci possessiui, vt* παρ' αὐτοῦ de suo, de sua re: *Interdum significat quod apud Latinos pronomẽ* Idem, vt ὁ αὐτὸς εἰμι, idem, qui antea, sum.

Interdùm significat rem vltroneam, ac spontaneam, vt αὐτὴ ἡ θύρα ἀνέῳκται, ipsa per se porta patuit, *seu* sponte sua nulloq; impellente patuit. *Hinc* ὁ αὐτόματος spontaneus, iniussus, *vt* πόνος αὐτόματος labor spontè susceptus.

Περὶ ῥήματος
seu
De Verbo
THEOREMA IV.

Verbo contingunt octo

γένος	*genus*
εἶδος	*species*
σχῆμα	*figura*
συζυγία	*Coniugatio*
ἀριθμὸς	*Numerus*
πρόσωπον	*Persona*
ἔγκλισις	*modus*
χρόνος	*tempus*

Ex his verò quatuor priora tantùm congruunt huic loco.

Περὶ γένεος
seu
De Genere
COMMA I.

Genera Verborum sex

ἐνερ-

ἐνεργητικὸν	*Actiuum*, vt τύπτω *Verbero*
παθητικὸν	*Passiuum*, vt τύπτομαι *Verberor*
οὐδέτερον	*Neutrum*, vt ζῶ *Viuo.*
κοινὸν, ἢ μέσον	*Commune*, seu *Medium*, vt κομίζομαι *Porto, & Portor.*
ἀποθετικὸν	*Deponens*, vt ἔρομαι *Interrogo.*
ἀπρόσωπον	*Impersonale*, vt δεῖ *Oportet.*

P R O S T H E S I S.

Actiuum Verbum est, quod in ω *desinens, actionem significat, & ex se Passiuum in* μαι *format, vt* τύπτω, τύπτομαι.

Neutrum in ω *quidem desinit, sed Passiuum non format.*

Communia in μαι *finita pleraque sunt ipsamet Passiua, quæ communem significationem admittunt, id est actiuam, & passiuam more Atticorum. Nonnulla etiam purè communia sunt, quæ scilicet Actiuum non habent sicut Passiua, sed ea perpauca reperies.*

Deponentia in μαι *terminantur: sed quædam actionem significant, & Per se actiua vocantur, vt* ἔρομαί σε Interrogo te: *Quædam verò passionẽ, Per se actiua nuncupata, vt* γίνομαι ἀπὸ τοῦ θεοῦ fio à Deo. *Quædam item reperiuntur (perpauca tamen) Actionem significantia, seu Per se actiua, quæ passionem alicubi referunt, vt*

μιμοῦμαι imitor, *cuius participium* μεμιμημένος imitatione expressus, *Passiuè sumitur.*

Impersonalium aliqua sunt talia suapte natura, vt χρὴ decet; *Aliqua à Personalibus manāt Passiuis, Neutris, Deponentibus.*

A Passiuis, vt à λέγομαι dicor, *fit* λέγεται dicitur: vt λέγεται τὸν φίλον ἐλθεῖν dicitur amicū venire:

A Neutris, vt à δέω opus habeo, *fit* δεῖ opus est: δεῖ τοῦτο ποιεῖν opus est hoc facere.

A Deponentibus, vt à δύναμαι possum, *fit* δύναται potest. δύναται τόδε γενέσθαι, potest hoc fieri.

Περὶ εἴδεος
seu
De Specie

COMMA II.

Species autem Verborum duæ, Primitiua, vt ἄρδω *rigo*: Deriuatiua, vt ἀρδεύω *irrigo*.

Nec tantùm à Verbis promanant Verba, sed etiā à Nominibus, vt à πόλεμος *bellum*, πολεμέω *belligero*.

Περὶ

Περὶ σχήματος
ſeu
De Figura

COMMA III.

Figuræ verò tres, velut etiam in Nominibus: Simplex, vt *λέγομαι loquor*: Compoſita, vt *διαλέγομαι colloquor*: Decompoſita, vt *διαλογίζομαι diſſero*.

Περὶ συζυγίας
ſeu
De Coniugatione

COMMA IV.

Coniugatio quidem Verborũ generatim accepta, triplex, Grauitonorum, Circumflexorum, & eorum, quæ vocantur In *μι*.

Oritur hæc diuiſio ex triplici terminatione. Etenim Verba

Grauitona in *ω* graue deſinunt, vt *τύπτω verbero*. Nã, vbi ſyllaba nullo accentu præfigitur, intelligitur ibi grauis accentus, vt accidit in *ω* verbi *τύπτω*, & ſimilium, quæ inde Grauitona vocantur:

Circumflexa in *ῶ* circumflexum, vt *ποιῶ facio*

In *μι*, vt *τίθημι pono*

De

De Grauitonis

Grauitona ſex cõiugationibus comprehenduntur, iuxta ſex ordines characterum, ſeu literarum præcedentium ω finale.

Prima habet β, π, φ, vt ἀμείβω *rependo*, ἀναβλέπτω *ſuſpicio*, ἀλείφω *vngo*.

Secunda γ, κ, χ, vt ἄγω *ago*, ἀΐξάσκω *impello*, ἄγχω *ſuffoco*.

Tertia δ, θ, τ, vt ἀείδω *canto*, ἀγερέθω *congrego*, ἀμβρότω *erro*.

Quarta ζ, σσ, vt ἀβακίζω *quieſco*, ἀγνώσσω *faſtidio*.

Quinta λ, μ, ν, ρ, vt ἀγγέλλω *nuntio*, ἀναδέμω *reparo*, ἀγριαίνω *agreſtis ſum*, ἀγείρω *congrego*.

Sexta ω purum, ideſt nulla conſonante, ſed vocali tãtùm, aut diphthongo præcedente, vt ἀγαλλιάω *exulto*, ἀλφαίω *inuenio*, αἰνέω *laudo*, ἀγαῤῥεύω *expecto*, ἀΐω *ſentio*, ἀγροιόω *exaſpero*, ἀκούω *audio*.

P R O S T H E S I S

Sunt & alij Characteres ſuperioribus adiuncti: qui tamen characteres coniugationis minimè cenſentur. Exempli cauſa. In verbis deſinentibus in πτω, *vt* τύπτω: *in* κτω, *vt* τίκτω: *in* μνω, *vt* τέμνω: *in* σκω, *vt* βρόσκω: *in* ρπω, *vt* τέρπω

τέρπω, & alijs huiusmodi, in quibus neq. τ, neque υ, neq; σ, neq. ρ, ad coniugationẽ ſpectant.

De Circumflexis

Sed è ſexta coniugatione Grauitonorum circũflectuntur illa, quæ ante ω finale habent vocales α, ε, ο, idcirco Circumflexa nuncupata, quòd eas vocales contrahant in ω finale, impoſito accentu circumflexo.

Tres itaq; ſunt Coniugationes Circũflexorum.

Prima eſt verborum deſinentiũ in αω; vt ἀγαλλιάω, ἀγαλλιῶ *exulto*:

Secunda in εω, vt αἰνέω, αἰνῶ *laudo*:

Tertia in οω, vt ἀγριόω, ἀγριῶ *exaſpero*.

De In μι

Ex eadem quoq; ſexta Coniugatione Grauitonorũ deflectuntur aliæ quatuor in μι finitę.

Prima à finitis in αω; vt à φάω, φημὶ *Dico*.

Secunda in εω, vt à θέω, τίθημι *Pono*.

Tertia in οω, vt ab ἁλόω, ἅλωμι *Capio*.

Quarta in υω, vt à δύω, δῦμι *Cingo*.

PROSTHESIS I.

Ad formationem verborum In μι ex grauitonis obſeruanda ſunt tria, videlicet Initium Verbi, Syllaba ipſius penultima, & Vltima.

De Initio Verbi In μι.

Si Verbum à Vocali cœperit, aſſumitur ι ante ipſam

sam Vocalem, vt ἕω, ἵεω.

Si Consonans vna fuerit, resumitur eadem Consonans simul cum ι, vt δώω, διδόω.

Excipe tria. Primum: si consonans fuerit aspirata, eius loco assumitur tenuis, vt θέω, τιθέω.

Secundum: si fuerit muta cum liquida, resumitur muta solùm, vt πλῶ, πιπλῶ.

Tertium: si fuerit σ cum τ, neutra resumitur, sed tantùm, ι, more vocalium, vt στάω, ἱστάω.

Sed quarta Coniugatio Verborum in μι, (eorum scilicet, quæ manant à Grauitonis in υω desinentibus) nullam initio mutationem admittit, vt δύω, δύω.

Adde Consuetudinem Poetarum, qui in reliquis quoq; tribus coniugationibus persæpè nihil assumunt: Persæpè etiam assumunt ε pro ι, vt θνέω, τεθνέω: στάω, ἑστάω, non τιθνέω, ἱστάω. Id quod à Poetis ad alios scriptores in quibusdam Verbis emanauit. Nonnunquã resumuntur duæ primæ literæ, vt ἀλάω, ἀλαλάω: quarum vna si aspirata fuerit, substituit tenuem, vt ἀχέω, ἀκαχέω. Quandoque à vocali incipientia resumunt in secunda syllaba, non autem in prima, vt ὀνέω, ὀνινέω. Præterea resumptio suaptè na-

natura breuis interdum efficitur longa per interiectionem literæ μ, *vt* πλῶ, πιμπλῶ, πιμπλῶ.

De Penultima, & Vltima syllaba Verbi In μι

Penultima syllaba Verbi in μι *formatur ex mutatione vocaliũ* α, *&* ε *in* η: ο *in* ω: *atq;* υ *breuis in* υ *longum. Vt* στάω, ἱστήω: ἕω, ἱήω: δόω, διδώω: δύω, δῦω.

Vltima (quæ semper in Grauitonis est ω *graue) conuertitur in* μι. *Vt*

à Principio				
στάω, *fit* ἱστάω.	*Penultima* ἱστήω.	*Vltima* ἵστημι	*Sisto*
ἕω	ἱέω	ἱήω	ἵημι	Eo
δόω	διδόω	διδώω	δίδωμι	Do
δύω	δύω	δῦω	δῦμι	Cingo

PROSTHESIS II.

Aeoles in verbis εω *finitis non mutant* ε *in* η, *sed duplicant* μ, θέω, τίθημι *communiter*, τίθεμμι *Aeolicè.*

Bœoti ipsum ε *reddunt diphthongum* ει: *nec tamen geminant* μ, *vt* θέω, τίθημι *communiter*, τίθεμμι *Aeolicè*, τίθειμι *Bœoticè.*

Dictum est, ex coniugatione sexta Grauitonorum deriuari Circumflexa, Itemque verba in μι: *vtraque etiam fieri ex verbis desinentibus in* αω,

αω, εω, οω (quamuis In μι etiam a verbis in νω) Possunt itaq; omnia circumflexa conuerti in μι. Quod vt commodiùs fiat, resoluenda prius erũt in sua primitiua Grauitona, vt ςῶ in ςάω : δῶ in δόω : sic enim intelligetur facilè, quæ sit futura Penultima syllaba, nùm η, an verò ω. Nam à ςῶ fit ἵςημι : à δῶ δίδωμι. Alioqui dignosci non poterit syllaba, cum idem vtrobique accentus circumflexus reperiatur.

Tredecim igitur sunt Verborum Coniugationes. sex Grauitonorum, tres Circumflexorum, quatuor In μι.

Sunt & Anomala multa, quemadmodum apud latinos, de quibus in secunda parte huius Operis.

Περὶ μετοχῆς
seu
De Participio
THEOREMA V.

Quoniam Participium naturam participat Nominis simul ac Verbi, quædam ipsi accidunt ex parte nominis, quædam ex parte Verbi. Sunt autem quinq; quòd ad rem præsentem attinet.

Ex parte nominis duo, γένος *genus*, & κατάληξις *Terminatio*.

Ex

Ex parte verbi tria, γένος, ἡ σημασία *Genus* seu significatio, εἶδος *Species*, & συζυγία *Coniugatio*.

Genus Nominis est triplex sub tribus vocibus more quorundam Adiectiuorum.

Terminatio verò decuplex,

1	ὁ ων,	ἡ ουσα,	τὸ ον.
2	ὁ ώς,	ἡ υῖα,	τὸ ός.
3	ὁ ας,	ἡ ασα,	τὸ αν.
4	ὁ ας,	ἡ ᾶσα,	τὸ αν.
5	ὁ μενος,	ἡ μένη,	τὸ μενον.
6	ὁ εὶς,	ἡ εῖσα,	τὸ ὲν.
7	ὁ ῶν,	ἡ ῶσα,	τὸ ῶν.
8	ὁ ῶν,	ἡ οῦσα,	τὸ οῦν.
9	ὁ οὺς,	ἡ οῦσα,	τὸ ὸν.
10	ὁ ύς,	ἡ ῦσα,	τὸ ύν.

Genus Verbi, seu significatio in Participio naturam sequitur Verbi. Est enim Participiū aliud actiuæ significationis, aliud Passiuæ, aliud Neutrius, aliud Communis, exceptis nonnullis, quæ ipso vsu cognosces.

Species vna, Deriuatiua. Participium enim suapte natura formatur ex Verbo, vt in secunda parte huius Operis demonstrabitur.

Coniugationibus denique Verborum sua cuique Participia respondent, Baritonis, Circumflexis, & In μι.

Περὶ

Περὶ προθέσεως
seu
De Præpositione
THEOREMA VI.

Præpositio dicta est, quia cæteris partibus orationis præponitur: vel per constructionem, vt ἐν οὐρανῷ *In Cœlo*: vel per compositionem, vt ὑπερουράνιος *Supercælestis*.

Diuiditur in decem & octo, ex quibus sunt monosyllabæ sex, Videlicet, ἐν, εἰς (vel ἐς Atticè) ἐξ (vel ἐκ ante Consonantem) σὺν (vel ξὺν Atticè) πρὸς, πρὸ.

Dissyllabæ duodecim, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπὲρ.

Singularum verò significationem, & constructionem habebis infrà in tertia parte huius Operis.

Περὶ ἐπιῤῥήματος
seu
De Aduerbio
THEOREMA VII.

Aduerbium multiplex est, videlicet

Tẽporis, vt { νῦν, τότε, χθὲς, πρόχθες, σήμερον, *nũc, tunc, heri, nudiustertius, hodie,* αὔριον, μεταύριον. *cras, perendie.* }

Loci,

Loci, vt	ὅπου, ἐνταῦθα, ὁπόθεν, ἐνθένδε, ὅποι, *Vbi, Hic, Vnde, Hinc, Quo,* δεῦρο, ἄνω, κάτω. *Huc, supra, infra.*
Qualitatis, vt	εὖ, σοφῶς, καλῶς, κακῶς *benè, sapienter, benè, male.*
Quantitatis vt	ἅπαξ, δίς, τρίς, τετράκις, πολλάκις, *semel, bis, ter. quater, sapè,* ὀλιγάκις, *raro,*
Collectionis, vt	ἅμα, ὁμοῦ, συλλήβδην, ἀθρόως. *simul, vnà, collectim, confertim.*
Hortationis, vt	εἶα, ἄγε, ἄγετε, εὖγε, φέρε, δεῦρο. *eia, age, agite, euge, age, age,* ἴθι: φέρετε, δεῦτε, *age, agite, agite.*
Separationis, vt	χωρίς, δίχα, ἀνδίχα *separatim, diuisim, seorsum.*
Exceptionis, vt πλὴν *preter.*	
Similitudinis, vt	ὡς, ὥσπερ, καθὰ, καθάπερ: ὁμοίως: *Sicut: similiter:* οὕτω vel οὕτως: ἠΰ, & ἠΰτε: *Ita, velut, ceu:* κατὰ τρόπον. *quodammodo.*

Cóparatio-nis, vt { πλέον, μᾶλλον, ἧττον, μόγις, & *plus, magis, minus, vix &* μόλις. *difficulter.*

Declarationis, vt { οἷον: τουτέστιν: ἤγουν: ἀμέλει. *vt, hoc est: velut: idest: scilicet.*

Remotionis, vt σπανίως *rarò.*

Ordinis, vt { ἑξῆς, ἐφεξῆς, εὐθὺς, & εὐθέως, *ordinatim, deinceps, statim* ἐξαίφνης, αὐτίκα. *repente, quamprimùm.*

Electionis, vt μᾶλλον γε *quinimò.*

Deprecationis, vt ἡράκλεις, ἄπολλον *Herculè, Apollò.*

Gentis, vt { ἑλληνιστὶ, ῥωμαϊστὶ, ἑβραϊστὶ *Græcè, Romanè, Hebraicè.*

Euentus, vt ἴσως, ἰσωσαν, τάχα, τυχὸν *fortè, fortasse.*

Depositioni, vel concessionis, vt εἶεν *esto.*

Intentionis vt { λίαν, σφόδρα, ἄγαν, πάντη, *nimis vehementer, nimiū, penitus* παντελῶς, μάλιστα, πάνυ. *omnino, super omnia, valdè.*

Affirmationis, vt { δὴ & δηλαδὴ: δήπουθεν, & πάνυ, *certè: maximè* ὄντως, πάντως *profectò, omnino* Ne-

Negationis, vt οὐ, οὐκ, οὐχὶ, οὐχ, οὔκουν, οὐδὲ, οὐδαμῶς, μὴ, μήτε, μηοὐχὶ, μηδαμῶς. *non*: ἥκιστα *minimè*.

Prohibitionis, vt μὴ *ne*.

Iurisiurandi, vt	ναὶ, νὴ, μὰ,
	ne, ita profectò, non profectò,

Demonstrationis, vt ἰδοὺ, ἠνὶ, ἐκεῖ, ὧδε, ἐνθάδε *En, Ecce*.

Interrogationis, vt	πηνίκα; πῶς; πόθεν;
	quando? quomodo? vnde & quo-
	πῦ; ποῖ
	modo? vbi & quo? vbi & quo?
	πῇ; ἱνατί;
	qua ratione? cur & quare?

Exclamationis, vt ὦ, *O*.

Doloris, vt	ὢ, ἰοὺ, φεῦ, φεῦ μοι, αἲ, οἴμοι & ὤμοι
	o, heu & hei, hei mihi

Gaudij, vt ἰοὺ, ἰὼ, *Io*.

Admirationis, vt	βαβαὶ & παπαὶ, ὢ, φεῦ
	papæ

Terroris, vt α, *a*.

Voti, vt εἴθε, αἴθε, ὤφελον, εἰ, κἰ *Vtinam*.

Vocandi, vt ὦ, *o*.

PROSTHESIS I.

Aduerbia vel primitiua sunt, vt νῦν nunc, *vel Deriuatiua, vt* ἀληθῶς verè,

Deriuatiua formantur sæpius ex genitiuo plurali nominis adiectiui, mutato ν in ς, ut ὁ ἀληθὴς verus, τῶν ἀληθῶν verorum, ἀληθῶς verè.

Interdum ex nominatiuo singulari, verso κὸς in σι, ut ἑλληνικὸς Græcanicus, ἑλληνισὶ Græcanicè, Græcè. ῥωμαϊκὸς Romanus, ῥωμαϊσὶ Romanè: ἑβραϊκὸς Hebraicus, ἑβραϊσὶ Hebraicè.

Formantur & alijs modis ab Adiectiuis, Substantiuis, & Verbis per desinentiam in δον, ει, ην, ι. Vt ἀγελήτης gregarius, ἀγεληδὸν gregatim: πᾶν omne, & μάχη pugna, παμμαχεὶ cum tota pugna: σύω moueo, σύδην celeriter: πᾶν omne, & στρατεία exercitus, πανστρατὶ cum toto exercitu.

Figuræ quoq; Aduerbijs duæ accidunt, simplex, ut πάλαι diù: *Composita, ut* πρόπαλαι Iamdiù.

P *R O S T H E S I S* *II.*

Aduerbia loci à nominibus deriuata sunt alia, in loco, alia de loco, alia ad locum.

In loco plerunque desinunt in θι, *&* σι.

De loco in θεν:

Ad locum in δε, σε, ζε.

Vt à nominibus Vrbium ἴλιον Ilium & θήβη Thebe *fiunt Aduerbia.*

ἰλιόθι

ἰλιόθι Ilij, *vel* in vrbe Ilio,
ἰλιόθεν Ilio, *vel* Ex vrbe Ilio,
ἰλιόνδε & ἴλιόσε Iliũ, *vel* Ad vrbem Ilium
θήβησι Thebis *in Vrbe*
θήβηθεν Thebis *ex Vrbe*
θήβαζε Thebas *ad Vrbem*

PROSTHESIS. III.

Aduerbia localia in vniuersum sic diuiduntur:

In loco

Ad πόθι *Vbi, interrogatiuum redduntur hæc*

ὅθι: τῇδε, ἔνθα, ἐνταῦθα, ἐνταυθοῖ:
vbi, *infinitũ:* Hic & Ibi:
αὐτόθι: ἐκεῖ: ἄλλοθι, ἀλλαχόθι,
Istic, & Ibidem: Illic, Ibi:
ἀλλαχοῦ, ἄλλῃ, ἄλλυδις: ἑτέρωθι:
Alibi: In altera parte:
ἐναχοῦ, ἐνίπου, ποθὶ: πάντοθι, πανταχοῦ,
Alicubi: Vbique, & Paſ-
πανταχῇ: ἑκατέρως, ἑκατέρωθι, ἀμφοτέρωθι:
ſim: Vtrobique:
ἑκασταχοῦ, ἑκασταχῇ: πολλαχοῦ: ἐντός,
In ſingulis partibus: multis in locis:
ἔνδον, ἔνδοθι, εἴσω: ἐκτός, ἔκτοσθι, ἔξω: οὐδαμοῦ,
Intus: foris:
οὐδαμῇ οὔποθι: ἄνω: κάτω: οἴκοθι: ἐγγύθι
Nuſquam: ſupra: infra: domi: prope

πόῤῥω: χαμαί: θύρησι.
longe: humi: Intus, intra ianuas.

De loco

Ad πόθεν Vndè *interrogatiuum, redduntur hæc*

πόθεν, & ὁπόθεν: ἐντεῦθεν, ἔνθεν, ἐνθένδε: αὐτόθεν:
vnde (*infinitè*) hinc: istinc, &
ἐκεῖθεν: ἀλλαχόθεν, ἄλλοθεν:
ibidem: illinc, inde: aliunde:
ἑτέρωθεν: πανταχόθεν, πάντοθεν: ἑκατέ-
ex altera parte: vndique:
ρωθεν, ἀμφοτέρωθεν: πολλαχόθεν: ἑκαστα-
vtrinque: è multis locis: è singulis
χόθεν: πόῤῥωθεν: ἐγγύθεν: ἄνωθεν:
partibus: eminus: cominus: supernè;
κάτωθεν: ἔνδοθεν: ἔκτοσθεν, ἔξωθεν: οἴκοθεν:
infernè: intus: foris: domo:
θύραθεν: χαμάθεν, & χαμόθεν.
foris è ianuis: ex humo, *vel* è terra.

Ad locum

Ad ποῖ, *vel* πῇ quò (*interrogatiuè*) *redduntur hæc*

ὅποι, *vel* ὅπῃ: ἐνταυθοῖ, ἐνθάδε, δεῦρο, ὧδε:
quò (*infinitè*): Huc:
αὐτόσε: ἐκεῖσε: ποῖ: ἀλλαχόσε, ἄλλοσε:
istuc, eodem: illuc: aliquò: Aliò:
ἑτέρω-

ἑτέρωσε: ἑκατέρωσε, ἀμφοτέρωσε
ad alteram partem: vtroquè:
πανταχόσε: ἑκασταχόσε: εἴσω:
quocunque: ad singulas partes: intrò:
ἐκτός, & ἔξω: ἄνω: κάτω: θύραζε:
foras: sursum: deorsum: foras ad ia-
χαμᾶζε, χαμάδις, χαμάδε: οἴκαδε, &
nuas: Humi ad terram: do-
οἴκονδε: πολλαχόσε.
mum. ad multa loca.

Motus per locum Græcè exprimitur fere per Aduerbia in loco.

Sic ἐνταῦθα *significat* hìc, in hoc loco: & hàc, per hunc locum.

Plura etiam Aduerbia in loco significant motum ad locum, Vt ἐνταυθοῖ, ἔνθα, ἐνθάδε, δεῦρο, ὧδε, *quæ valent* Hic & Hùc. *Sic* ποῖ, ὅποι Vbi & Quò: *Sic* ἄνω, κάτω *&c. more etiam plurium latinorum*

Motus versus locum subijcitur motui ad locum: & in nominibus resoluitur per præpositionem πρὸς Ad *vel* Versus, *vt in tertia parte huius Operis traditur.*

PROSTHESIS IV.

Sunt alia Aduerbiorum species ab allatis

1 Comparationis gradum quædam admit-

tunt: & quidem Communiter, vt πόῤῥω longe, πορρωτέρω longiùs, πορρωτάτω longissimè: *Secundùm autem Anomaliam, vt* πολλάκις sæpè, πλεονάκις sæpiùs, πλειστάκις sæpissimè. *Vide Theorema* 2. *de Nomine, Commate* 3. *de compar. et superl. Prosthesi* II. ad Positiuum πολύς.

2. *Articulus aliquandò transit in Aduerbium, vt* τῇδε Huic, & Partim: *Item* ᾗ Cui, Quà, Quatenus, Qua ratione, Quàm &c.

3. *Pronomen etiam aduerbialiter sumitur, vt* ᾧ Suo, *datiui casus: Et* Ideo, Quapropter, Quatenus, Quoquomodò.

4. *Neutrum Adiectiui nominis, singulare & plurale tàm sine, quàm cum accentu locum habet Aduerbij, Vt* πρῶτον, & τὸ πρῶτον primum, (*nomen*) & primùm (*aduerbium*) *Item* πρῶτα, & τὰ πρῶτα, prima (*nomen*) & primùm (*aduerbium*.

5. *Quandoq; etiam fœmininum nomen in Datiuo casu, vt* ἄλλῃ Alij (*nomen*) & Alibi, Aliter, Aliunde (*aduerb.*)

6. *Sicut Nomen in Aduerbium migrat, ita mutuò Aduerbium in nomen, præposito Articulo more nominis, vt* πάνυ Admodum, Maximè (*aduerbium*) *et* ὁ πάνυ, ἡ πάνυ, τὸ πάνυ Hic, Hæc, Hoc Præpotens.

PRO-

PROSTHESIS V.

Huc spectant particulae quaedam, quae nihil extra compositionem significant: in compositione augent significationem dictionum. Sunt autem numero sex, ἀρι, ἐρι, βου, ζα, λα; λι. *Vt* πικρός, amarus, ἀριπικρός, *et* ἐριπικρός valde amarus: βόσις cibus, βούβοσις voracitas: τρέφω nutrio, ζατρεφής bene & valde nutritus, *vel* pinguis: γυνὴ mulier, λαγνεία, quasi λάγυνεία libido immodica: πονηρός malus, λιπονηρός eximiè malus.

Item illae, quae priuationem significant, νη, *et* νν, *ut* πούς Pes, νήπους carens pedibus; εἴδω scio, νῆις, νήιδος inscius.

His adde α, vt δόξα gloria, ἄδοξος inglorius: δυς *uerò* difficultatem refert, *ut* φέρω fero, δύσφορος portatu difficilis: Quandoq; malignitatem, vt ἄρεσκος blandus, δυσάρεσκος morosus.

Περὶ συνδέσμου
seu
De Coniunctione
THEOREMA VIII.

Coniunctionum species variae
Copulatiua, vt μὲν: δὲ: καὶ: τε: ἀλλά:
quidem, autem, uerò: et: que: sed:
ἀτὰρ

ἀτὰρ, αὐτὰρ: ἠμὲν: ἠδὲ.
at, atqui, uerùm: *et*: *et* (Poeticum)

Disiunctiua, vt ἢ, ἤτοι, ἠὲ, εἴτε, *uel, siue, seu, aut*.

Conditionalis, vt εἰ *si*, εἴπερ, εἰδὴ, εἰδήπερ *siquidem*: ἂν, ἐὰν *si*, ἂν μή *nisi*.

Causalis, vt γὰρ *enim, etenim, nam, nanq;*: γὲ *siquidem*: ὅτι, διότι, καθότι, ἕνεκα, ἐπεὶ, ἐπείπερ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ, *quia, quoniam, quòd*: ἕνεκα *propter, caussà, gratià*: ἵνα, ὅπως, ὄφρα *ut*.

Dubitatiua, ut ἆρα *an*, μῶν *num*, μὴ *an*, εἴτε *utrùm, an*.

Collectiua, vt ἄρα, οὖν, τοίνυν, τοιγαροῦν *ergo, igitur*, τοιγάρτοι *quare, itaque*.

Discretiua, siue Electiua, vt ἢ *quàm*.

Dimminutiua, vt γοῦν, γὲ *saltem, certè*.

Aduersatiua, vt ὅμως, ἔμπης, γὲ, tamen: καίτοι, καίπερ, εἰκαὶ *etsi, quanquàm*.

Completiua, vt δὴ *iam*, ῥα *nempe*, νὺ *certè*, θὴν πού, τοὶ, αὖ, οὖν, πὲρ, πῶ, μὴν, δῆτα, γὲ, κὲν *quidem*. Hæ tamen aliquando nihil significant: sed adhibentur vel hiatus, vel versus replendi gratià, ideoq; Repletiuę vel Completiuæ dnr̃ Ex ijs γὲ aliquando est etiam Dimminutiua, aliquando Causalis, aliquando Aduersatiua, vt ex superioribus constat.

Po-

Potentailis, vt ἂν, κὲ, vel κὲν. Dicitur autem Potentialis, quia potentiam agendi significat, vt οὐκ ἂν λέξοις *Non dixeris*, seu, *Non poteris dicere*. Sæpe etiam ἂν, κὲ, κὲν Expletiuæ sunt apud poetas.

Finis primi Libri.



OC

OCTAVII BOLDONII
Cler. Reg. S. Pauli
PARÆNESIS
De recta Pronuntiatione Græci sermonis.

HIC Syrtium vortices, hic æstus Charybdis. Tàm acris hodie inter eruditos de Græca pronuntiatione altercatio, vt, quònam propendendum potiùs, non facilè promptum fiat. Offertur hinc Antiquitas, ipso reuerenda nomine, cuius tàm expressa parent vestigia, vt iam dissimulare non liceat, corruptelas innumeras, & eas planè intolerandas in hodiernam locutionem irrepsisse. At illinc obsistit vehementiùs plurimorum ætatis nostræ consensio, qui, siue leuioris momenti causam pendentes, siue præcipitis abusus correpti impetu, malunt secundo flumine ferri placidè, quam cum aduerso luctari: Quin etiam, Tullius, addunt, præiudicium quæstioni fecit in Oratore quàm luculentissimum: Vsum, *dicens,* loquendi populo concessi, scientiam mihi re-

reseruaui. *Qui paulò ante de Latina sui temporis pronuntiatione differens*, Impetratum est, *ait*, à consuetudine, vt peccare suauitatis causâ liceret: *& ibi:* Voluptati aurium morigerari debet oratio. *Hęc illi. Sed ego synceram, ac fidelem operam daturus studiosis, Ecquis (cedò) vsus iste Gracè loquendi? aut cui populo concedendus? Siquidem hunc esse disputationis cardinem video. Quasi non suo iam fato functus Gracus sermo & mortuus iaceat, & consepultus in tenebris: nec nisi paucorum identidem obstinato studio è monumentis veterum, velut è ruderibus, excitetur semesus, ac truncus: Vt mihi id cogitanti, tantundem inutilis ad communem vsum videatur ipsius intelligentia, quantùm ad optimos Scriptores intelligendos vtilis. Verùntamen demus, quod solùm optamus, Gracissantes quamplurimos: demus vulgò impendi operam vtrique pariter literatura Graca, ac Latina: non alium ipse lego Arbitrum causa prater ipsummet vulgum imperitum, tametsi multorum capitum beluam. Nonne, inquam, Concionatores nostrates, si vulgari vtantur loquendi genere, vulgari pronuntiatione, vulgari accentu, ab eodem protinus vulgo explosi, in ordinem cogerentur?*

ge-

gentur forensium histrionum? Vsque eò sermonis puritas religiosa censetur, ut tantò iucundiùs Oratores attendat vulgus, quantò remotiùs à vulgi corruptela, licet ad ipsius vulgi captum obscuriùs colloquuntur. Non ergo abusus sermonis improbus: sed usus bonus, & recta ratio voluptatem auribus ciet. Prætereà ex varietate in primis efflorescit amœnitas in Natura, rerumque discretio ad intelligentiam præcipuum habet pondus. Sed quorsum (si placet) indiscreta illa turba uocaliũ, ac diphthongorum η, ι, υ, ει, οι, ηυ, υι, quas omnes unius planè soni esse, ac Latino, I, promiscuè respondere contendunt Græci nostrates: minimè aduertentes, ex iteratione tàm crebra eiusdem vocis, atq; ex perpetuo illo Iotacismo exilem nimiùm reddi, ac odiosam orationem, obscurari sensum ex concursione tot similiter sonantiũ dictionũ, amphibolijs corrumpi, ambagibus implicari. An facilè cognoscentur in Iudicijs Causæ, cõponentur in Foro quæstiones, si sono inuariato enuntientur ἡμῶν, & ὑμῶν Nostrùm, & Vestrùm, frigida illa verba, & (ut dictũ usurpem Chrysostomi) tot litium, ac bellorum irritamenta? Mitto alias dictiones innumeras, uno tantùm ex istis elementis discrepantes, signi-

gnificatione toto aberrantes Cælo: quæ, si penes notam solummodò, non etiam potestatem discernantur, quis non sermonis usum ab hominum uita proscribendum esse iudicet, uelut ineptum ad animi sensa, ad rerum proprietates exprimendas: aut certè in singulis congressibus ad manum esse oportere paginam scriptã, quam inter loquendum, ut quis intelligatur, simul exhibeat. Sed hercle inuentum prius sermonem, deinde substitutas ipsi uicarias literas, nemo sani sermonis denegabit: et eà tãtùm uariari elementa scripturæ, quà sonus locutionis uarius, ut distinguatur, exigit. Non equidem inficior, interijsse simul cum Græcorũ uita nonnullas pronuntiationes, quibus restituendis nequaquam sufficiant literæ, superstites eruditorum memoriæ, ni homines ipsos excitatos à mortuis, ac uoce rediuiua loquentes audiamus. Atqui id temporiuertendum iniuriæ, non culpæ nobis. Ergo, ut & pristinæ dignitati sermonis, quantum huic ætati fas est, & studiosorum commodo studeamus, libet proponere subiectos canones ex utraq; sententia sic temperatos, ut nec antiquarij uideamur, nec uiolatores Antiquitatis: Illamque substernere uiam, quæ (nisi nos fides fallit) non-

mul-

multum aut à maiestate aberrat ueterum, aut abhorret a recentium auditu. Tu, quisquis es, Graecae literaturae candidatus, candidè hic lege. Audaciae ne incusa, quod prodit in tui gratiam: nec antè condemna institutum nostrum, quàm rem ipsam usu, & meditatione cognoueris.

LITERARVM GRAECARVM

secundum castigatam pronuntiationem.

	Nomina	Figurae	Potestates
Ἄλφα	Alpha	Α α	a
Βῆτα	Beta	Β β ϐ	u b
Γάμμα	Gamma	Γ γ ϒ	g
Δέλτα	Delta	Δ δ ẟ	d
Ἐψιλὸν	Epsilon	Ε ε	e breue
Ζῆτα	Zeta	Ζ ζ	z
Ἦτα	Eta	Η η	e longum
Θῆτα	Theta	Θ θ ϑ	th
Ἰῶτα	Iöta	Ι ι	i vocale
Κάππα	Cappa	Κ κ	c
Λάμϐδα	Lambda	Λ λ	l
Μῦ	My	Μ μ	m
Νῦ	Ny	Ν ν	n
Ξῖ	Xi	Ξ ξ	x
Ὀμικρὸν	Omicron	Ο ο	o breue

Πῖ

Πῖ	Pi	Π	π ϖ	p
Ρῶ	Rho	Ρ	ρ	r
Σῖγμα	Sigma	Σ	σ ς	s
Ταῦ	Tau	Τ	τ ⁊	t
Υ ψιλὸν	Ypsilon	Υ	υ	u tenue
Φῖ	Phi	Φ	φ	ph f
Χῖ	Chi	Χ	χ	ch
Ψῖ	Psi	Ψ	ψ	ps
Ωμέγα	Omega	Ω	ω	o longum.

LITERARVM POTESTAS
obſeruatur, illuſtratur,
defenditur

α ſonat, a, vt ἄγο *ago*. Latinè verò non modò redditur per, a, vt ἄγο *ago*: ſed aliquando per e, vaſtum (ad differentiam, e, preſſi: nam illud, e, profertur ore aperto: hoc autem ſtricto) vt τάλαντον *talentum*: Aliquando per, i, vt κάναστρον *caniſtrum*: Aliquando per, o, vt κάρυλοσ *corylus*: Aliquando per, u, vt ἑκάβη *Hecuba*.

β ſonat, b, vt λείβω *libo*. Profertur labris ſuauiter compreſſis. Quod vel ab infantibus diſcimus, quorum prima vox eſt ἀββᾶ *abba, vel* βάββᾶ *baba; unde* βαβάζω *babazo*, ideſt in-

E arti-

articulatè loquor. Imo & pecudes hoc docent, siquidem vox ouis est βῆ *be*, vel *bee*: Res etiam inanimæ, vt tuba, cuius sonitus vocatur βόμβος *bombos*, bombus. Quod vero β pronuntiandum sit per, b, non per, v, consonum: nec vocandum Vita (ut vulgò nunc solet) sed Beta, testatur similitudo ipsa literæ maiusculæ, minusculæq; in vtroq; idiomate: nam græce formatur Β β ϐ, latinè autem B b. Hinc dictio composita *Alphabetum*, non *Alphauitum*. Clariùs id monet Iuuenalis illo carmine.

Hoc discũt omnes ante Alpha, et Beta puelli.
Propterea Latinæ, ac Hebraicæ dictiones, quæ continent, b, redduntur græcè per β, vt *Brutus* (est vox Latina) βροῦτος: *Abraham* (est Hebraica) ἀβραάμ. Sed & grecum β redditur plerunq; per, b, vt βαπτίζω *baptizo*. Idcirco miror ego, Clenardum in Alphabeto suo appellasse β Vita per v consonum: statim λ λάμβδα dixisse lambda per β, non lamuda per v. Græci quidem (non inficior) latinas dictiones, quæ habent, v, consonum vsurparunt modò per β, modò per ου, vt *Virgilius* βιργίλιος, & Οὐιργίλιος. Sed patet hoc fecisse necessitatis gratia: cùm Græcis nul-

nulla sit consonans respondens latinæ consonanti, v: quod vel inde intelligitur, quia non solùm β abhibent, sed etiam diphthongum ου, non sine incommodo. Nam sicut per β non exprimitur verus sonus consonantis, v: ita per ου augetur numerus syllabarum in dictione vt patet. Itaque Βιργίλιος græcè efferri debet *Birgilios*, & οὐιργίλιος *Virgilios* per quinq; syllabas, cùm tamen latinè sit quadrisyllabum.

γ. sonat, g, vt λέγω *lego*, γενεαλογία *genealogia*. sed ante alterum γ, vel ante κ, ξ, χ sonat quasi, n, vt ἄγγελος *angelos*, ἄγκυρα, *ancura*, σφίγξ *sphinx*, ἀγχίσης *Anchises*. Hodie γ profertur à multis quasi gh, nam vocem γενεαλογία sonat ijs *ghenealoghia*. sed iure id, an temerè, non disputo. Puto equidem *morigerandum esse* (vt cum Tullio loquar) *voluptati aurium*, ac regionis habendã rationem: ita vt, vbi, g, latinum effertur quasi gh (quemadmodũ in Germania, & alibi) etiam γ eodem modo sonet. At in Italia (sicut & alibi) *concedendus est populo vsus* pronuntiandi Græcum γ more latini, g, scilicet aliter ante α &c. γα, *ga*: & aliter ante ε &c. γε ge. sic fiet consultius Tyronibus,

 si-

simulq; incorrupta seruabitur Clenardi, ac meliorum Grãmaticorum sententia, quorum primi,& emendati Codices in Alphabeto exponunt potestatem literæ γ per g latinum, non autem per gh.

δ sonat, d, vt δύο *duo*. A latinis quandoq; transfertur in b, vt δὶς, *bis*: quandoq; etiam in, l, vt ὀδυσσεὺς *Odysseus*, idest Vlysses.

ε sonat, e, strictum & breue [nam ψιλὸν exile ac tenue significat] vt ἐγὼ *ego*. Differt ab η (de quo infrà in ordine) quod est, e, apertum. Dari autem duplex, e, strictum & apertum, liquet à simili in Hetrusca dictione *Capello*, quę per, e, strictũ enuntiata significat Capillum: Pileum verò per, e, apertum. Sed ε natura sua breue est, η longum. Hinc Gręci latinum, I, cùm breue est, transferunt aliquando in suum ε, ut *Britanni* Βρετανοί.

ζ sonat, z, vt ζέφυρος *zephyrus*. Eius sonus compositus est ex d, & s. latini nunc retinent ipsum z græcum, vt βαπτίζω *baptizo*: nunc mutant in duplex ss, vt πιτίζω *pitisso*. Est enim z litera omnino græca: non ergo græcè vocanda *zita*, sed *zeta*, vt etiam latini vocant. Tùm quia scribitur ζῆτα per η, idest e, longum, vt mox probabimus.

η so-

η sonat, e, apertum; & longum, quasi ee, vt *ναύκληρος nauckeros*: Profertur ore hiante, ita vt eius sonus sit medius inter α, & ι, vt suprà monuimus in litera ι. Quòd autem nõ *Ita*, sed *Eta* debeat apellari, liquet ex multis. Primò ex voce *Alphabetum* composita ex *Alpha* & *beta*, vbi *beta* scribitur græcè per η, βῆτα. Secundò ex voce, quam formant oues, græcè βῆ, quæ dictio per onomatopeiam formata fuit, hoc est ex imitatione soni naturalis ipsarũ ouium: Sed nunquam profectò audiuimus oues efferentes *vi*; nec *bi*: sed *be*, vel potiùs *bee* (nam η sonat quasi ee, vt diximus) idque per, e, apertum; cuius sonus proximè accedit ad, a. Hinc factum est, vt Latini à græcò βῆ deduxerint verbum *balare*: Hetrusci verò dixerint *belare*, mutato, a, latino in, e, apertum propter affinitatem soni inter, e, apertum cum, a. Citatur ab Eustathio carmen Cratini.

ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει

Ideſt

hic fatuus tanquam ouis bee bee sonans incedit.

Tertiò græcæ dictiones in latinas traductæ sæpius efferunt η per, e: non raró per, a, propter affinitatem soni, vt diximus. Exempla

passim occurrunt. sed in vna dictione vtrunque perspicitur, nam *μήτηρ* per duo *η*, alterum latinè in, a, alterum in, e, conuertit, redditq; *mater*. Quartò è contrario latinæ dictiones in græcas migrātes, semper, e, longum efferunt per *η*, vt *Aurelius αὐρήλιος*: *legatus ληγᾶτος*; (uox à Græcis Iurisconsultis vsurpata.) Quintò hebraicæ item dictiones pro e, longo assumunt græcè *η*, *alleluia ἀλληλούϊα*, *Iesus ἰησοῦς*, *amen ἀμήν*, *beth* (secunda Alphabeti Hebraici litera) *βὴθ*, vt in Threnis Ieremię. Sextò Aldus Manuti⁹ in opusc. ad calcem Grammat. Lascari de literis Græcis quomodò ad nos veniant, apertè ait, *η* esse, e, productum tàm apud nos, quàm apud Græcos, vt ΙΗΣΟΥΣ *IESVS*: quem alij doctissimi viri sequuntur. Hinc miror quorundam inconstantiam, ne dicam temeritatem, qui in Alphabeto, dum asserunt *η* esse, e, longum, audent simul apellare *Ita*, cùm ista potissimum de causa cogantur dicere *Eta*. Rectiùs à quibusdam (inter quos doctissimus Despauterius) effertur *Paracletus*, penultima per e longum, non *Paraclitus*, per e breue, cùm græcè sit *παράκλητος*. Sic *Agapetus*, penultima longa, nō

Aga-

Agapitus pen. breui, ἀγαπητός: Vnde & *Eleëson* dici oporteret, non *eleison* ἐλέησον. Sed istius abusus origo demonstrabitur infrà, cùm de accentibus agetur.

θ sonat, th, vt θήσαυρος *thesauros*. Vocatur autem hæc litera *Theta*, non *Thita*, cùm scribatur per η, θῆτα. Sic prisci omnes loquebantur. Persius satyra 4.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Et Martialis lib. 7.

Est operæ pretium discere Theta nouum.

Vide Dictionarium Ambrosij Calepini in voce *Theta*.

ι sonat, i, vt ἰδίωμα *idioma*. Est autem ι Græcis semper vocalis, nunquam consonans. vnde hæc ipsa vox ἰῶτα *iota* trissyllaba est, non dissyllaba.

κ sonat, c, vt κάλαμος *calamos*. sed eius sonus ex consuetudine loci temperandus. In Italia, vbi c, latinum aliter profertur ante a, o, u: aliter ante e, i: Græcum etiam κ enunciandum videtur duplici sono: altero ante α, ο, υ, ω, vt κάλαμος *calamos* &c. altero ante ε, η, ι, vt κικέρων *Ciceron* &c. quod & in diphthongis obseruandum. Latinæ dictiones habentes, qu, redduntur græcè per κυ, vt *Quirites*

χυῖρίταις. Aliquando per κο, vt *Quintus κοΐντος*: Aliquando per κ solum, vt *Aquilius* ἀκύλιος. Græcum κ quandoque vertitur in, g latinum, vt καλβίνιος Galbinius, sicut & ipsi Latini nonnunquam efferunt, c, per, g, vt Caius quasi *Gaius*, *Cneus* quasi *Gneus*. Ex aduerso quandoq; græcum γ vertitur in, c, latinum, vt σίγαμβροι Sicambri.

λ sonat l, vt λείβω *libo*. Dictiones latinæ habentes, n, l, redduntur aliquando græcè per λλ, vt *Manlius* μάλλιος.

μ sonat, m, vt μάμμη *mamme*, mamma.

ν sonat, n, vt νεῖλος *Nilos*, Nilus fluuius. Cùm post ν sequitur β, μ, π, tunc ν valet quasi m, id autē in diuersis dictionibus, vt τὴν βάσιν *tem basin* basim, τὴν μελανίαν *tem melanian* nigredinem, τὸν πάγον *tom bagon*, π per b, pagum. A multis tamen doctis hæc obseruatio pronuntiationis negligitur.

ξ sonat x, quasi c s vel g s, vt ξένος *Xenos*: peregrinus vel hospes.

ο sonat latinum, o, breue, vt λέγομεν *legomen*, dicimus. Antiqui efferebant, o, quasi ου: Itaq; o quandoque pro ου reperitur vsurpatum. Hinc latina nomina in, us, scripta fuere à Græcis per ος, & enuntiata quasi ους, vt *Fabius*

φά-

φάβιος: siquidem ου græcum respondet latino, u, sicut infrà dicetur in litera υ. E contrariò Latini reddidere, o, græcum per, u, vt ὀδυσσεὺς *Vlysses*.

π sonat, p, vt πατὴρ *pater*. Sed post μ sonat quasi b, vt πέμπε *pembo*. Post ν quoque in diuersis dictionibus, vt τὸν παῖδα *tom beda*, puerum. Vtraq; tamen hæc pronuntiatio à multis hodie reijcitur.

ρ sonat, r, vt χριςὸς *Christos* Christus, & per compendium χρ̄ς. Vbi Rho tàm maiusculũ quàm minusculum gerit similitudinem latini P. Obserua, ρ initio dictionis semper aspirari, vt ῥώμη *Rhome*, Roma. In medio autem dictionis, si geminetur, vnum attenuari, alterũ aspirari, vt ἔῤῥωμαι *Errhomæ*, Confirmor.

σ sonat s, vt σῶμα *soma*, corpus. Cognationem habet hæc litera cum nota aspirationis: unde Bœotij pro aspiratione adhibebant σ, dicentes *Muha* pro *Μοῦσα*. Latini quoque in quibusdam dictionibus ex Græco traductis uertunt aspirationem in s, ut ὑπὲρ *super*, ἕξ *sex*, ἑπτὰ *septem*, ἓ *se*. Σ etiam redditur latinè per x, ut αἴας *Æas*, Aiax: Interdum per, t, ut σὺ *su*, tu, σὲ *se*, te.

τ sonat t, ut τέλος *telos*, finis. Post ν sonat

quasi d, ut ἀντίχριστος *Andichristos*, Antichristus: Etiam in diuersis dictionibus, ut τὸν τάνταλον *ton Dandalon*, Tantalum. sed hæc pronuntiationis ratio à plerisq; impugnatur.

υ sonat, u, non absolutè: sed cum quodam exili sono. Ideoque cùm nulli simplici literæ apud Latinos propriè respondeat, factum est, ut nomen ipsum Græcum apud Latinos retinuerit, idest *Ypsilon*, non *Ipsilon*. Vndè & eadem est in utroque idiomate nota maiuscula Υ: & minuscula Latina, y, parum quoque à Greca υ discrepat. Quòd autem nullo modo sonet, i, ut uulgus hodie usurpat, sed potius u, sexcentis euincitur argumentis. Præcipua sunt hæc: Primum quia υ minusculum congruit cum Latino, u, & v. Secundum quia, y, sæpe transit in, u, ut *lachryma* lachruma, *Cypressus* Cupressus &c. Vnde Cornelius Tacitus usurpat *Sullã*, *Sibullã*, &c. pro Syllam, Sibyllã, omniaq; in υ scripta traducit in, u. Tertium, quia diphthongi αυ, ευ redduntur latinè au, eu, eodemq; sono Latinè & Græcè efferuntur, ut αὐλή *aule* aula, εὖγε *euge* euge. Quartum, Græca nomina in ευς retinent Latinè, eus, ut θησεύς *Theseus*.

Item

Item βότρυς *botrus*, δύο *duo*, λύω *luo*, μῦς *Mus*, σῦς *sus* inuariata manent, cum alijs eiusmodi innumerabilibus. Quintum est auctoritas grauissimorũ Auctorũ, in primis Verrij Flacci, Victorini, Terẽtiani Mauri apud Priscianũ percelebris, Q. Terentij Scauri &c. Sextum, Græci reddunt, u, breue latinum per suum υ, ut *Numa* Νυμᾶσ, *Faustulus* φαύςυλος, *Quæstor* κυαίςωρ, & alia infinita, quæ apud Plutarchũ, Dionem, aliosque reperias. Septimũ, hoc indicãt dictiones Grecę, ac Latinæ significantes sonum quorumdam animantium, atq; per onomatopeiam formatæ, idest per imitationem soni naturalis ipsorum, ut μυκάομαι *mugio*, γρυλλίζω *grunnio* &c. Sed qui boues mugientes, aut sues grunnientes audiuit, is profectò uocalem, u, nõ verò, i, formari ab ipsis semper audiuit. Hæc itaq; distinctio pronuntiationis est inter uocalem o, diphthongum ου, & uocalem υ: quòd, o, formatur intra palatum, ore rotundo: sed ου intra palatum quoq;, ore tamen compresso: deniq; υ in labijs, atq; ijs coëuntibus & appressis, seu (ut loquitur Halicarnassensis) cum quadam contractione labiorum notabili, unde sonus angustus, ac penè suffocatus

III. Nonnunquam in casu. Primò substantiuũ in genitiuum transit, vt καλὰ τῶν ζώων pulchra animalium, pro τὰ ζῶα animalia. Sic Latinè apud Plinium, Nigræ lanarum. Secundò è contrariò adiectiuum in genitiuum, vt οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων improbi hominum pro οἱ ἄνθρωποι homines.

IV. Nonnunquam in numero simul & casu: quũ substãtiuo singulari casus nominatiui iungitur adiectiuum plurale genitiui, vt ὁ Σωκράτης τῶν ἀγαθῶν pro ὁ ἀγαθὸς Socrates bonus.

PROSTHESIS

In numero sæpè discrepant collectiua, quæ, quòd multitudinem significant, in numero singulari plurale adiectiuum postulant, vt ὁ δῆμος θορυβούμενοι populus tumultuantes, pro θορυβούμενος tumul-

tumultuans.

In genere, & numero substantiua cum numeralibus cardinalibus, vt ἵππος μύρια *pro* ἱππεῖς μύριοι *decem mille equites.*

Relatiua quædam cum nomine omninò concordantia interdum vacant, vt πάντες ὅσοι *omnes,* οἷος ἀβρότατος *delicatissimus,* μηδεὶς ὅςις *nullus &c. vbi vacant* ὅσοι, οἷος, ὅςις.

Duo substantiua interdum ita iunguntur, vt alterum adiectiui gerat vicem, vt Ἰταλία φωνὴ *pro* Ἰταλικὴ φωνὴ *Italica lingua.*

Adiectiua deriuata conuertuntur non rarò in genitiuum primitiui, vt (à χρυσὸς aurũ *deriuato* χρύσειος aureus*) benè construũtur* στέφανος χρυσοῦ *pro* χρύσειος *corona aurea.*

De Concordantia Pronominis
COMMA III.

Pronomen possessiuum concordans cum substãtiuo nomine modò actiuam, modò passiuam significationem habet, vt ὁ πόθος σὸς desideriũ tuum: idest quod habes de altero: vel desiderium tui, idest alterius de te.

Genitiuus primitiui pro possessiuo liberè ponitur actiuè, & passiuè, vt ὁ πόθος σοῦ pro σὸς desiderium tuum de altero, vel alterius de te. Sic dicitur ἡ εὔνοια σὴ, vel σοῦ beneuolentia tua in

me (si loquatur prima persona) vel in te mea. Ex processu verò sententiæ dignoscitur actiuus sensus à passiuo.

Promiscuè igitur vsurpatur à Græcis Pronomen possessiuum concordans in casu cum substantiuo, & Genitiuus primitiui, qui à substantiuo regatur.

De Concordantia Verbi COMMA IV.

Cum Verbo personali finiti modi conuenit Nominatiuus in numero, sed non semper.

Primò enim Neuter pluralis singulare Verbũ deposcit Atticè, vt τὰ ζῶα τρέχει *animalia currit*; pro τρέχουσι *currunt*. Nominatiuus etiam fœmininus, & masculinus poëticè, vt τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ illius autem erat tria capita (ἦν pro ἦσαν) *erat* pro *erant*. ex hoc Atticismo emanauit alter, vt neutra pluralia cum participijs singularibus Verborum Impersonalium copulentur, vt ταῦτα δὲ ἡμῖν δόξαν hæc autem quum inter nos conuenisset (δόξαν pro δόξαντα) conuenisset *pro* conuenissent.

Secundò Verbũ inter duos nominatiuos positum, non semper cum illo concordat, qui basis est ac fundamentum, quoties alter propiùs collocetur, vt οὗτος ὁ χῶρος Μήκιοι λειμῶνες καλοῦνται

λῦνται hic locus Mucij agri vocantur, pro καλεῖται vocatur.

Tertiò Dualis nominatiuus plurale Verbum sæpe admittit, vt σφὼ λείβετε, pro λείβετον vos duo libatis. Quandoquè necessariò sic postulat, videlicet quoties in Duali desideratur prima persona, vt νὼ λείβομεν nos duo libamus: Nam presens Indicatiui Actiui ex ijs Temporibus est, quorum Dualis primâ personâ caret. *Repete, quæ sup. tradidimus Theor. 2. Comm. 1. in Prosth.*

Quartò nomina Collectiua singularis numeri tàm plurali, quàm singulari Verbo contentæ sunt, vt ἡ πόλις θαυμάζει, vel θαυμάζουσι ciuitas admiratur, *vel* admirantur.

Quintò etiam Partitiua nonnulla, vt ἕκαστος λέγει, vel λέγουσι vnusquisquè dicit, vel dicunt.

Sextò Articulus pluralis cum Præpositione περὶ, vel aliâ huiusmodi, sequēte nomine proprio adhæret Verbo plurali, vel singulari. Repete altiùs Theorema 5. Comm. 1. sub finem.

Nec verò semper exigitur Nominatiuus ante Verbum, sed interdum Genitiuus pro Nominatiuo, vt εἴθε μοὶ τούτου τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτο vtinam mihi huius boni contingat, pro τοῦτο τὸ ἀγαθὸν hoc bonum.

Ali-

Aliquando Vocatiuus apud Poëtas, vt contrà pro Vocatiuo Nominatiuus apud eoſdem, nõ Græcè modò, verùm etiam Latinè, vt legenti non rara monſtrant exempla.

Verbum perſonale Infinitiui modi ante ſe Accuſatiuum petit. Aliquando item Nominatiuũ, ſi ipſum Infinitiuum cum finito, à quo regitur, ad eandem perſonam ſpectet, vt φησὶν αὐτὸν, vel αὐτὸς γεγενῆσθαι dicit ſe auctorem fuiſſe. Vbi etiam ſubintelligi poteſt ipſemet Accuſatiuus, vel Nominatiuus, vt φησὶν γεγενῆσθαι.

PROSTHESIS

Quoduis Verbum ante ſe Nominatiuum habens vel expreſſum, vel tacitum reſoluitur ſæpiſſimè in Participium, vel cognatum Nomen, caſus Nominatiui, aut Genitiui, intercedente Verbo ſubſtantiuo. Eſt autem ſubſtantiuum Verbum quadruplex, εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω *Latinè* ſum, *&* γίνομαι, *ſeu* γίγνομαι fio, ſum. *Quibus duo adde* ἔχω, μέλλω, *& illa ſeptem poetica* κυρέω ρῶ, πέλω, πέλομαι, πελέσκω, τελέθω, ἔσκω, ὦ *vel* ἔω *Ionicè, hoc tamen poſtremum vtroquè modo eſt obſoletum.*

1 *De* εἰμὶ *cum Participio vt (Luce cap. 11.)* Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον (*ſubintellige* Ἰησοῦς) *Et erat Ieſus eÿciens dæmonium*, pro ἔκβαλλε δαιμόνιον

μόνιον *eijciebat dæmonium. Dici poterat etiã* ἦν ἐκβαλλόντος *in genitiuo, pro nominatiuo* ἐκβάλλων.

2 *De* τυγχάνω *cum participio in nominatiuo, vel genitiuo, vt* Λύκιοι τυγχάνουσι συμμαχοῦντες τοῖς Τρωσὶν, *vel* συμμαχούντων τοῖς Τρωσὶν hoc est *Lycij sunt auxiliantes* (subintellige *in bello*) *Troianis* pro, *auxiliantur Troianis. Cum Nomine cognato:* Λύκιοι τυγχάνουσι σύμμαχοι, *vel* συμμάχων *Lycij sunt auxiliares. Nimirũ à Verbo circumflexo* συμμαχέω χῶ *fit Participium præsentis* συμμαχέων χῶν, *& Nomen verbale* σύμμαχος. *Eadem est Verbi* ὑπάρχω *syntaxis.*

3 *Verbum* ἔχω (habeo) *adiuncto participio Perfecti, vel Indefiniti, significationem ferè habet Præteriti temporis, vt* ἔχω γεγραφώς, *vel* γράψας, *vel* γραφών *habeo scriptum, pro* γέγραφα, *vel* ἔγραψα, *vel* ἐγράφειν *scripsi.*

4 Μέλλω (debeo, futurus sum) *futurum fermè respicit: sed loco Participij poscit Infinitiui modi præsens, vel futurum, vel indefinitum: vt* μέλλω γράφειν, *vel* γράψειν, *vel* γραφεῖν, *vel* γράψαι *debeo scribere, sum scripturus,* pro γράψω, *vel* γραφῶ *scribam.*

Περὶ Ἐπιστασίας
seu
De Regimine
THEOREMA II.

Regimen autem omnium est partium Orationis, aliud quidem proprium singularum, aliud cõmune omnium. Antè statuendum de proprio, postmodùm de communi.

De Regimine Articuli Præpositiui

Articulus cũ genitiuo substantiui aliquando possessionem significat, vt τὰ Πλάτωνος scripta Platonis, vel opera Platonis: τὰ τῶν φίλων res amicorum.

Aliquando pro ipso substãtiuo simpliciter ponitur, præsertim si fuerit articulus neuter, tàm singularis τὸ, quã pluralis τὰ: Pro substantiuo quidẽ singulari genitiuus singularis, pro plurali pluralis, vt τὸ, vel τὰ τοῦ πράγματος negotiũ: τὸ, vel τὰ τῶν πραγμάτων negotia: Declinaturquè τὸ, vel τὰ per omnes casus vnà cũ ipsò genitiuo substantiui, vt τοῦ τῶν πραγμάτων negotiorum, τῷ τῶν πραγμάτων negotijs &c.

Articulus præpositus relatiuo αὐτὸς *ipse* regit Datiuum, habetq; significationẽ pronominis Latini *idem*, vt γινώσκει τὸ αὐτὸ ἡμῖν sentit idem quod

quod nos.

Subiunctiuus articulus ῇ (datiuus sing. fæmin.) sumitur aliquando aduerbialiter pro *ea ratione*, respondens aduerbio πῇ; qua ratione? item pro *Vbi*.

De Regimine Nominis

THEOREMA III.

De Substantiuo

COMMA I.

Substantiua genitiuum admittunt laudis, vel vituperationis, vt ἀνὴρ μεγάλης σοφίας vir magnæ sapientiæ: ἄνθρωπος μεγάλης ἀγνοίας homo magnæ ignorantiæ:

Proprio nomine intercedente supprimitur quandoquè substantiuum sequente genitiuo gentis, aut cognationis, vt Ἰάκωβος τοῦ Ζεβεδαίου Iacobus Zebedæi (subintellige υἱός filius) *Matth. cap.* 4. Μαρία τοῦ Ἰωσῆφ Maria Iosephi (idest μήτηρ mater) *Marc.* 15. Ἀλέξιδι τοῦ Ἀριστοδίκου Alexidi Aristodici (idest ἀδελφῷ fratri) *apud Lys.*

Adiectiua neutra cum articulo singulari τὸ, vel plurali τὰ substantiuè sumpta, genitiuum regunt substantiuorum more, vt τὸ τραχὺ τοῦ ὄρεος asperum montis, vel τὰ τραχέα τοῦ ὄρεος aspera montis, pro ἡ τραχύτης asperitas.

Etiam

Etiam Participia hoc modo construuntur, vt τὸ φιλῶν θεοῦ, seu τὰ φιλοῦντα θεοῦ (à verbo φιλέω λῶ amo) pro φιλία θεοῦ amor Dei.

PROSTHESIS

Genitiuus à substantiuo rectus efferri potest etiam per alios casus vnà cum præpositione, vt ἀτυχία περὶ τὸν βίον *infelicitas circa vitam, pro* ἀτυχία τοῦ βίου *infelicitas vitæ.*

Substantiuum simul cum genitiuo interdum valet idem, ac ipsum quod in genitiuo ponitur substantiuum, vt βίη τοῦ Πριάμου *vis Priami,* hoc est *Priamus:* τὸ χρῆμα τοῦ συὸς *res suis vel suina,* idest *sus.*

Vbi Latinè dicitur Vrbs Roma, *Græcè per genitiuum* Vrbs Romę τὸ ἄστυ τῆς Ῥώμης: *Ad cuius imitationem nostrates Itali* la città di Roma.

Genitiui partes interdum Infinitiuus agit, quod pro Gerundio Græci adhibent, siue præposito articulo, siue subintellecto: vt καιρὸς μανθάνειν *tempus discendi.*

De Adiectiuo

COMMA II.

Genitiuus post Nomen

Hæc Patrium post se casum Adiectiua requirunt.

1 ἄξιος, & πλήρης cum πλούσιος, διψαλέοςquè, quæ dignum, plenum, locupletem, quæ studiosum signi-

significant, & si quæ alia his affinia, subde.

2 Subde & ἀνάξιος, & quæ sunt contraria dictis:

3 Quæ dant participem, vt μέτοχος, quæ nomina contrà
Expertem faciunt, vt ἄμοιρος: Quæquè peritū,

4 ἔμπειρος veluti; atquè rudem dant, sicut ἄπειρος:

5 Assuetum quod ἐθάς: Memorem μνήμωνquè quod effert:

6 Actiuè & sumpta in τος priuatiua, vt ἄγευστος,

7 Cum ποιητικὸς, atquè alijs Verbalibus in κος,

8 ni Verba, vnde fluunt, sint Deponentia, casum quæ Dandi poscunt, ἀκολουτικὸς ex ἀκολουθεῖν.

9 Partitiua etiam genitiuum, vt πολλός, amabūt:

10 Ac Alienum, aut Diuersum reddentia, vt ἄλλος:

11 Et quæ significant pretium, quæ venditionē, siue πόσου quæras, seu reddas αἵματός ἐστιν.

12 His ἔνοχος reus, oppostū καθαρὸςquè subaudi, cum reliquis, quæ damnatum dant, atquè solutum:

13 Vult sed ὑπεύθυνος, atquè ἔνοχος quandoquè Datiuum.

14 Sæpè subintellecto ἕνεκα genitiuus habetur post Nomen, quùm propter quid, vel causa refertur.

15 Ex

15 Ex priuante, α, vocali compoſita, ſecundum
16 aſciſcunt pariter caſum. (16) Numeralia iunge
ordinis at ſolùm, vt πρῶτος καὶ δεύτερος: hiſq;
17 Syncritica, atq; Superlatiua adiungere debes,
18 Quæquè Superlatiuorum vim nomina ſeruãt.

GLOSSA.

Genitiuum poſt ſe regunt hæc Adiectiua, videlicet

1 *Quæ dignitatem, plenitudinem, copiam, deſiderium ſignificant, vt* ἄξιος ἐπαίνε *dignus laude:* πλήρις ῥιγμάτων *plenus rimarum:* πλέσιος βιότε *diues opum:* διψαλέος τε͂ αἵματος *cupidus, ſitiens ſanguinis. Adde his ſimilia,* ἀντάξιος, *qui alium dignitate adæquat:* μεςὸς, ἔμπλεως, *vel* ἔμπλειος, ἀνάπλεως *plenus:* ἀφνειὸς *diues:* εὔφορος *ferax:* φιλομαθὴς *ſtudioſus &c.*

2 *Contraria ſuperioribus, vt* ἀνάξιος *indignus:* κενὸς *vacuus:* πένης *inops:* ἔρημος *deſtitutus:* ἐνδεὴς *indigens:* γυμνὸς *nudus:* ὀρφανὸς *orphanus:* ἀνόρεκτος *inappetens:* ἀμελὴς *negligens &c.*

3 *Nomina communionis, vt* μέτοχος ἐπαίνε *particeps laudis: ſic* κοινωνὸς *ſocius, conſors:* ἔμμορος *particeps:* ἰσόμοιρος *ex æquo particeps &c. Et his contraria, vt* ἄμοιρος, ἀμέτοχος *expers &c.*

4 *Scientię, vt* ἔμπειρος *peritus:* ἴσωρ *ſciens, expertus: Et contraria, vt* ἄπειρος *rudis, imperitus.*

5 *Aſſue-*

5 *Assuetudinis, ut* ἐθὰς ἀδὸς *assuetus: Cum contrario* ἀηθὴς *insuetus. Memoriæ, ut* μνήμων *memor: Cum contrario* ἀμνήμων; *immemor.*

6 *Priuatiua in* τος *actiuè sumpta, ut* ἄγευστος *Qui non gustauit:* ἀθέατος *Qui non vidit.*

7 *Verbalia in* κος, *ut* ποιητικὸς *poeticus, efficax, qui efficit:* ποριστικός *qui facilè comparat vitæ necessaria:* παρεκτικός *dator &c.*

8 *excipe ex his Verbalia in* κος *facta à Deponentibus, quæ Datiuum regunt: tunc enim et ipsa eundem regunt casum, ut ex* ἀκολουθεῖν sequi *fit* ἀκολουθικός sequax, *ut* ὁ νέος ἀκολουθικός τοῖς πάθεσι *iuuenis sequax affectuum.*

9 *Partitiua, ut* πολλοί τῶν γειτόνων *multi vicinorum:* ἕκαστος ἡμῶν *unusquisquè nostrum:* μόνη τῶν πόλεων *sola ciuitatum: etiam partitiuè posita, ut* οἱ ἀγαθοὶ τῶν φίλων *boni amicorum,* idest *boni amici.*

10 *Alienationis, ac diuersitatis, ut* ἄλλος τούτου *alius ab hoc:* διάφορον τοῦ ἑτέρου *diuersum ab altero:* ἕτερος τοῦ ἐκείνου *alter ab illo:* ἀλλότριος τούτων *alienus ab his &c.*

11 *Pretij, & Venditionis, ut* interroganti πόσου ἐστὶν ὠνία ἡ δόξα; *quanti est uenalis gloria?* respondetur τοῦ αἵματος *sanguine:* πάντα ὤνια πλούτου *omnia uenalia diuitijs.*

12 *Damnationis, & Absolutionis, ut* ἔνοχος ἱεροσυλίας *reus sacrilegij: sic* ὑπόδικος ἀσεβείας *reus impietatis. Sic eius contraria, ut* καθαρὸς τοῦ ἐγκλήματος *purus à crimine.*

13 *Adiectiua* ὑπεύθυνος, *&* ἔνοχος *interdum Datiuo gaudent, ut* ὑπεύθυνος τῇ τιμωρίᾳ *reus pœna;* ἔνοχος τῇ κρίσει *reus iudicij.*

14 *Genitiuus aliquib⁹ adiectiuis datur subintellecta præpositione* ἕνεκα *causa, gratia: ut* εὐτυχὴς τῶν ἐργασίων *fortunatus laborum, idest* ἕνεκα *gratia. Est hæc locutio Latinis poetis vsitata.*

15 *Composita ex vocali,* α, *priuatiua genitiuum amant, ut probant superiora illa adiectiua* ἀνάξιος *indignus ex* α, *&* ἄξιος, *interiecto* ν. *sic* ἀνόρεκτος *inappetens, ex* α, *&* ὄρεκτος: ἀμέτοχος, ἄπειρος *&c.* ἀκρατὴς τῶν ἐπιθυμιῶν *impotens cupiditatum, idest, non valens continere cupiditates.*

16 *Numeralia ordinalia, ut* ὁ τῶν πάντων πρῶτος *omnium primus:* ὁ τοῦ οὐδενὸς δεύτερος *nulli secundus.*

17 *Syncritica, idest Comparatiua, itemquè Superlatiua, ut* ὁ τοῦ Κροίσου πλουσιότερος *Craso ditior:* πάντων σοφώτατος *omnium sapientissimus.*

18 *Et qua Superlatiuorum vim habent, ut* τούτων

κορυ-

κορυφαῖος *horum princeps*: μόνος ἁπάντων *solus præ omnibus*.

PROSTHESIS I.

De Comparatiuo, & Superlatiuo.

Comparatiuum pro Superlatiuo vsurpant Attici: Quò fit, vt, quùm plura comparantur tàm diuersi, quàm eiusdem generis, Comparatiuo utantur: Vt Σωκράτης πάντων φιλοσοφούντων σοφώτατος, *uel* σοφώτερος *Socrates omnium philosophantium sapientissimus, uel omnibus philosophantibus sapientior.*

Superlatiuo uicissim utuntur uice Comparatiui: Tunc autem Superlatiuum adiungit ipsi Comparatiuo augmentum seu uim aduerbij πολλῷ multò, *aut alterius similis: Vt* σοφώτατος τοῦ Πλάτωνος Ἀριστοτέλης *sapientior Platone Aristoteles.*

Etiam Comparatiui loco stat aliquando Positiuũ: Vt καλόν ἐστι τὸ μὴ ζῆν, ἢ ζῆν ἀθλίως *bonum est non uiuere, quàm uiuere miserè*: καλὸν *bonum, pro* κάλλιον *melius.*

Et contrà Positiui loco Comparatiuum: Vt πλέον ἔχθιστος *magis inimicissimus, pro* πολὺ *multò longè.*

Genitiuo Comparatiui præponitur interdum una ex particulis ἤ, ὑπέρ, περ: *Vt* κάκιον ἐστὶ ἁμάρ-

τημα ἢ θανάτου *peius est peccatum morte.*

Interdum cum his particulis mutatur Genitiuus in casum Verbo congruentem: Vt κάκιον ἐστὶ ἁμάρτημα, ἢ θάνατος *peius est peccatum, quàm mors.*

Post particulas eleganter adduntur præpositiones κατα, εἰς, πρὸς *cum suis casibus, seu coniunctio* ὡς: *Vt* πλέον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον *plus, quàm secundùm hominem, plus quàm pro humana facultate.*

Quandoquè particulas sequitur Infinitiuus: Vt νόσημα μεῖζον, ἢ φέρειν *morbus maior, quàm ut feratur. Elegantior exit oratio, intercedente* ὥστε *aduerbio digressiuo, et uerbo* δύναμαι *possum: Vt* νόσημα μεῖζον, ἢ ὥστε δύνασθαι φέρειν *morbus maior, quàm ut possit ferri.*

Comparatiua uim adaugent adiectis aduerbijs μᾶλλον *magis,* πολὺ, *uel* πολλῷ *multò,* ὅσῳ *quantò,* τόσῳ *uel* τοσούτῳ *tantò,* λίαν *nimis,* πανυ *ualde, et alijs huiusmodi. Vt* πολλῷ κάκιον ἐστὶ ἁμάρτημα, ἢ θάνατος *multò peius est peccatum, quàm mors. Aliquando geminantur, ut* πολλῷ μᾶλλον κάκιον *(ad uerbum) multò magis peius.*

Superlatiuis quoquè uim addunt Aduerbia πλεῖστα *plurimùm,* πολλῷ, λίαν *multò,* ὡς ὅσον *quàm*

quan-

quantùm, et huiusmodi: Vt πλεῖστα εὐδαιμονέστατος *maximè felicissimus*: πολλῷ μάλιστα *multò maximè*: ὅσον πλεῖστον *quàm plurimùm*: *hinc etiam* ὅσος μέγιστος *quantus maximus*.

PROSTHESIS II.

Genitiuus Comparatiui interdum Latinè reddi non potest, nisi fiat in Quàm *resolutio*: *Vt* στερρότερος τῶν λόγων *Latinè si reddas ad uerbū* firmior sermonibus, *absurda euadet oratio*. *Resoluenda igitur in hunc modū* firmior, quā dici possit. *Sic* μᾶλλον σὺ εἶς φίλος τοῦ ἐχθροῦ *magis tu es amicus hoste: dicendum: magis tu es amicus, quàm hostis*.

Præsertim id obseruandum, quùm concurrentibus Latinè Datiuo et Ablatiuo exoritur confusio: *Vt* κάλλιον ἐστὶν εὖ ποιεῖν φίλους τῶν ὀθνείων *honestius est benefacere amicis, alienis: dicendum: benefacere amicis, quàm alienis*.

Genitiuus item Superlatiui mutari potest in aliū casum interueniente præpositione ἐν, *vel* μετὰ *aut simili*: *Vt* Σωκράτης σοφώτατος ἐν τοῖς φιλοσόφοις *Socrates sapiētissimus inter philosophos*.

Præponitur pariter Superlatiuis particula ὡς *cum verbo* δύναμαι: *Vt* ἐξώπλισε στρατείαν ὡς ἐδύνατο κάλλιστα *armauit exercitum quàm potuit pulcherrimè*.

Aliquando οἷόν τε, *aut alia similis particula: Vt* ὡς οἷόν τε ἄριστα *quàm potuit optimè.*

Pro quibus particulis ponitur quandoq; Participium Verbi ἐνδέχομαι, *superlatiuo aduerbio in nomen commutato: Vt* ἡ πόλις ἐστὶ τὶς κοινωνία ἕνεκεν ζωῆς τῆς ἐνδεχομένης ἀρίστης *Ciuitas est quædam societas gratiâ vitæ, quàm fieri potest, optime.*

Datiuus post Nomen.

1 Nominibus dandi casum dabis, vnde notatur gratia, mos, fauor, & simile, aut æquale, voluptas,

commodum, & alma fides, atquè his opposta subinde.

2 Deducta à verbis coges hùc nomina quędam passiui sensus (respondent ista Latinis in bilis, & dus) quale ὁ σεβάσμιος est *Venerandus*,

3 ac *Venerabilis*: Adduces verbalia multa illa, sui verbi quæ sunt imitantia casum, quale προσεκτικός (à προσέχω) cui iunge Datiuum:

4 His facta ex σὺν, ὁμοῦ, ὁμόψηφος σύντροφος addes.

G L O S S A

1 Datiuum autem post se regunt Adiectiua, quibus

bus gratia, mos, vel consuetudo, fauor, similitudo, æqualitas, voluptas, commodum, fidelitas, & eius contraria significantur. Exemplis supersedeo, nam Græcis hic canon cum Latinis communis est.

2 Τοῖς ἀνθρώποις σεβάσμιος *hominib⁹ venerabilis*, vel *venerandus:* τοῖς πᾶσιν ἐράσμιος *omnibus amabilis, vel amandus.*

3 Προσεκτικὸς τοῖς μεγάλοις, καὶ τοῖς θαυμαστοῖς *qui attendit magnis, & miris (idest) rebus.*

4 *Composita ex præpositionibus* σὺν cum, & ὁμοῦ simul, *ut* σύντροφος τῇ παιδείᾳ *coalumnus in literis:* ὁμόψηφος ἐμοὶ *qui est eiusdem sententiæ mecum.*

P R O S T H E S I S

Non pauca è superioribus Adiectiuis genitiuum, Datiui loco admittunt, ut ὅμοιος ἐκείνῳ, *uel* ἐκείνου *similis illi,* vel *illius. Id ipsum de aliis huiusmodi, quemadmodum apud Latinos.*

Adiectiuorum imitatione Substantiua nonnunquam Datiuum petunt: ut Νέμεσις λέγεται ἀπὸ τῆς ἑκάστῳ διανεμήσεως *Nemesis dicitur à suum cuiquè distribuendo. Vbi substantiuum* διανέμησις *ductum à uerbo* διανέμειν *(quod datiuum regit) construitur cum Datiuo* ἑκάστῳ cuiquè.

Accusatiuus post Nomen

1 Quæ Patriam, Gentem, Nomen, Partemquè sonabunt,
laudem, Ignominiamquè, petunt acquirere Quartum:
nam κατὰ particulam his tacitè supponere oportet.

2 Tertius hisce etiam nonnunquam est casus in vsu.

3 Sunt, quibus & Quartum εἰς, ἐπὶ, vel περὶ ritè præibunt,
sic δεινός dices εἰς πάντα *ad omnia promptus.*

4 Nam πράττειν δεινὸς (nimirum) rebus agendis acer, post se Infinitiuo & nomina gaudent.

GLOSSA

1 *Accusatiuum habent adiectiua significantia Patriam, Gentem &c. Vt* ὁ Ῥωμαῖος τὴν πατρίδα *Romanus patria:* Ἴταλος τὸ γένος *Italus genere:* Ὀκτάβιος τὸ ὄνομα *Octauius nomine:* τὸ πρόσωπον, καὶ τοὺς ὤμους θεῷ ὅμοιος *os humerosquè Deo similis:* θαυμάσιος τὴν τέχνην *mirandus arte:* ἀκόλαστος τὰ ἔθη *insolens moribus. Ante hos accusatiuos subintelligitur præpositio* κατὰ secundùm. *Ad Latinos etiam manauit hæc constructio, ut* ὁ μέλας τὸ πρόσωπον *nigèr faciem:* ὁ λευκὸς τοὺς ὀδόντας *albus dentes.*

2 *Pro*

2 *Pro Accuſatiuo Datiuus etiam ponitur, vt* καλός τῷ εἴδει *pulcher ſpecie.*

3 *Quibuſdam adiectiuis datur accuſatiuus cum aliqua ex præpoſitionibus* εἰς, ἐπὶ, περὶ, *vt allatum probat exemplum.*

4 *Infinitiuus eleganter adiectiuis adhæret vice accuſatiui, vt patet exemplo.*

P R O S T H E S I S I.

Adiectiua generalis dimenſionis circumſcribuntur per ſubſtantiua abſtracta, his ferè modis. Vbi Latini dicunt, Mæander (fluuius) eſt latus duo iugera, vel duobus iugeribus: Græcè habetur: τὸ τοῦ Μαιάνδρου εὖρος ἐστὶ δύο πλέθρα per nominatiuum, *vel* δυῶν πλέθρων per genitiuū: *(ad verbum) Mæandri latitudo eſt duo iugera, Vel, duorum iugerum: Vel:* Μαιάνδρος ἐστὶ δίπλεθρος τῷ εὔρει per datiuum: *Mæander eſt patens duobus iugeribus latitudine: Vel* δίπλεθρος τὸ εὖρος *(ideſt* κατὰ τὸ εὖρος*) patens duobus iugeribus ſecundùm latitudinem.*

Nomen opus *cum uerbo ſubſtantiuo* eſt *redditur Græcè dupliciter. Primò per imperſonalia* δεῖ, *&* προσδεῖ *cum genitiuo: Vt* οὐ προσδεῖ τῶν λόγων *non opus eſt uerbis. Secundò per* χρεία ἐστὶ *ſimiliter cū genitiuo: Vt* τούτου οὐ χρεία ἐστὶ *hac re non eſt opus.*

Lati-

Latina in bundus *referuntur Græcè per Participium Medium Atticum* ἐοικώς (*ab* εἴκω *similis sum, imaginem refero) unà cum Datiuo: Vt* ἐοικὼς περινοσοῦντι *errabundus, idest similis erranti. Vnde ipsum Præteritum* ἔοικα *accipitur* pro *similis sum, uideor.*

Desinentia uerò in dum *participialia exprimũtur Græcè per Verbalia in* εον *cum datiuo, uel accusatiuo. Ea sunt* ποιητέον *à* ποιέω *facio,* χρηστέον *à* χράομαι *utor,* ἰατέον *ab* ἰάομαι *medeor,* ἀποστατέον *ab* ἀφίσταμαι *abscedo,* δοτέον *à* δίδωμι *do,* γραπτέον *à* γράφω *scribo. Vt* γραπτέον ἐμοὶ *uel* ἐμὲ *scribendum est mihi (potest autem adiungi uerbum substantiuum* ἐστὶ, *uel subintelligi) Et cum casu sui uerbi: Vt* ἐστὶ γραπτέον ἐμοὶ ἐπιστολὴν *(nam* γράφω *accusatiuum petit) scribendum mihi est epistolam. Pro uerbo substantiuo usurpant Attici eius participiũ, ut* γραπτέον ὂν ἐμοὶ ἐπιστολὴν: *Vel etiam in Plurali Atticè,* γραπτέα ἐμοὶ *&c. Vel deniquè, more gerundiuorum apud Latinos, concordat uerbale cum casu sui Verbi, ut* γραπτέα ἐμοὶ ἐπιστολὴ *scribenda est mihi epistola. Repete quæ docuimus lib. 1. theor. 2. com 7. prosth. 1.*

PROSTHESIS II.

Adiectiua quædam aduerbiorum loco construuntur,

tur, ut ἔσον *fermè, circiter. Hinc* ὅσον αὐτίκα *quàm primùm,* ὅσον ἥκει ἐπ' ἐμὲ *quatenus ad me attinet,* ὅσον τάχος *quàm celerrimè. Quod quidem dictioni postpositum significat ualde, ut* ὀλίγοι ὅσοι *ualde pauci,* θαυμαστὸν ὅσον *mirum in modum.*

Quædam ornatus gratiâ inseruntur in oratione, ad sententiam autem nihil conferunt, sed planè abundant, cuiusmodi sunt τις, τι, *ut* πάνυ τι *pro* πάνυ *planè,* ποῖός τις; *pro* ποῖος; *qualis? Hinc interrogatiua quãdoquè duplicantur posteriore abundante, ut* τίς τίσι; ποῖα ποίοις; *pro* τίς; *quis?* ποῖα; *qualia?*

De Regimine Pronominis

THEOREMA IV.

Pronomina possessiua tertiæ personæ nullo modo cum diuersa persona copulantur, nisi altera vox possessorem significans assumatur: idq; extra reciprocationem. Non enim ὁ σφέτερος παῖς φιλεῖ με suus filius diligit me: sed ὁ σφέτερος αὐτῶν παῖς suus ipsorum filius.

Possessiua nonnunquam genitiuum habent: Vt οὗτοι δὲ ὅλως τ' ἀμὰ (idest τὰ ἐμὰ) τοῦ κακοδαίμονος σπαθῶσι hi verò prorsus meas res infelicis dilapidant.

Relatiuum αὐτὸς pro reciproco ponitur: Vt ἔχουσιν

σιν ἐπ᾽ αὐτῶν βασιλέα habent supra se Regem (*ἐπ᾽ αὐτῶν* pro *ἐφ᾽ ἑαυτῶν*) & vicissim pro relatiuo reciprocum: Vt *ἐστὶ ἐφ᾽ ἑαυτῶν ὁ βασιλεὺς* est supra ipsos Rex, *ἐφ᾽ ἑαυτῶν* pro *ἐπ᾽ αὐτῶν*.

Hinc obiter obserua, primitiuum tertiæ personæ *ὅς*, *οὗ*, *οἷ*, *ἕ* modò reciprocè stare, modò non reciprocè.

Genitiuus pluralis Relatiui *αὐτὸς* postponitur sępè nomini *ἴδιον proprium*: Vt *ἰδίοις αὐτῶν ἀγαθοῖς* proprijs ipsorum bonis, vel suis proprijs bonis.

Datiuus eiusdem pronominis subaudit interdum præpositionem *σὺν*: Vt *εἷλε τὴν ναῦν αὐτοῖς τοῖς ἐπιβάταις* nauim cepit vnà cum ipsis vectoribus.

Datiuo gaudet pronomen *αὐτὸς*: Vt *δεῖ εὔνοον, καὶ δίκαιον ὁ πολίτην, τ᾽ αὐτὰ λυπέεσθαι, καὶ τ᾽ αὐτὰ χαίρειν τῷ δήμῳ* oportet beneuolum, & iustum ciuem eadem dolere, & eadem gaudere populo (idest cum populo) Vbi *τ᾽ αὐτὰ* componitur ex *τὰ* & *αὐτὰ*.

Pronominum constructionem sequitur nomen *ἀλλήλων* (*de quo repete sup lib. 2. theor. 3. com. 11. pag. 173. vbi carmen incipit*: Deficit *ἀλλήλων*) Inseruit autem omnibus personis: Vt *ἀλλήλους ἐλεοῦμεν* nos nostri inuicem misere-

mur:

mur: ἀλλήλους χαρίζεσθε vos vobis inuicem indulgetis &c.

Pro Aduerbijs Pronomina ſubeunt, vt ταύτῃ hac de cauſa, hoc pacto, hac ratione: ταύτῃ τοι propter hoc, itaquè: ταύτῃ cum ὅπῃ ſic, vt. In his autem ſubauditur præpoſitio διὰ, nimirum ταῦτα τοι, ταῦτ' ἄρα, ταῦτα δὲ, ταῦτα δὰ præterea, proinde, ad hæc.

De Regimine Verbi

THEOREMA V.

Verborum autem conſtructio proſequenda eſt per ſex illa genéra à nobis tradita lib. 1. theor. 4. comm. 1. Ea ſunt Actiuum, Paſſiuum, Neutrum, Commune, Deponens, Imperſonale.

De conſtructione Verbi Actiui

COMMA I.

Actiuum Verbum eſt, quod litera, ω, fermè finitum gignit ex ſe Paſſiuum, ω in ομαι conuerſa, vt λείβω λείβομαι.

De Prima claſſe Actiuorum

Prima claſſis Actiuorum poſtulat poſt ſe accuſatiuum rei patientis, & ante ſe nominatiuum rei agentis, qui caſus in omni Verbo actiuo præintelligitur: Vt ὁ πατὴρ φιλέει τὸν υἱὸν pater diligit filium.

Φιλέω, λῶ, fut. λήσω, præt. πεφίληκα diligere.

Ἀγαπάω, πῶ, f. πήσω, p. ἠγάπηκα amare

Στέργω f. ξω p. ἔστερχα amare

Ποθέω, θῶ, f. θήσω, p. πεπόθηκα desiderare.

Μισέω, σῶ, f. σήσω, p. μεμίσηκα odio habere.

Τύπτω, f. ψω, p. τέτυφα verberare

Καταλύω, f. λύσω p. καταλέλυκα dissoluere.

ἔχω (anomal.) habeo, ἀπατάω decipio, βλάπτω lædo, δοκιμάζω probo, ἀποδοκιμάζω reprobo, δικαιόω iustifico, ἀδικέω iniuria afficio, δικάζω iudico, δαμάζω domo, δελεάζω inesco, δάκνω mordeo, βασανίζω exquiro.

Θαυμάζω, f. μάσω, p. τεθαύμακα laudare cum admiratione

Ὑμνέω, ὑμνῶ, f. νήσω, p. ὕμνηκα laudare Deum

Ἐπαινέω, νῶ, f. νέσω, & νήσω, p. ἐπῄνεκα, & νηκα laudare verbis

Ἐγκωμιάζω, f. άσω, p. ἐγκεκωμίακα laudare scriptis

Ζηλόω, λῶ, f. λώσω, p. ἐζήλωκα æmulari

γνώ-

γινώσκω [anom.] cognosco, εἴδω scio video, ὁράω, βλέπω video, βάλλω mitto, καταβάλλω destruo, διαβάλλω criminor, βάπτω & βαπτίζω tingo lauo, βαστάζω porto, ἀγείρω congrego, λυπέω ῶ mœstum facio, ἀνιάω ῶ dolore afficio, ξέω ῶ teneo pello, ἅπτω & ἀνάπτω accẽdo, νίπτω lauo, ἀλείφω vngo, ἀλιεύω piscor.

PROSTHESIS

Verbum ἀγαπάω, *quum aliquid sufficere significat, Datiuum regit, vt* ἀγαπάει τοῖς πεπραγμένοις *stat factis, seu contentus est.*

Φιλέω *pro soleo infinitiuum amat, vt* φιλέει περιπατέειν *amat ambulare*, idest *solet.*

Στέργω *pro acquiescere, et permanere Datiuo iungitur, vt* τοῖς παροῦσι στέργω *præsentibus acquiesco.*

Καταλύω *pro hospitari construitur cum accusatiuo & præpositione* εἰς, *vt* καταλύω εἰς τὸ ξενοδοχεῖον *diuerto ad hospitium: Item cum datiuo, &* παρὰ, *vt* καταλύω παρὰ τῷ ξένῳ *diuerto apud hospitem: hinc* τὸ κατάλυμα, ατος *diuersorium.*

Ἔχω *pro Possum aut Debeo amat infinitiuum, vt* ἔχω ποιέειν *habeo facere*, idest *possum vel debeo facere. Pro Habeo, nunc regit Aduerbium, ut* εὖ ἔχω *bene habeo: nunc genitiuum casum,*

ut ἔτω γνώμης ἔχω *sic sententiam habeo: nunc utrumq;, ut* καλῶς ἔχω τοῦ σώματος *bene habeo corpore: pro* sum sanus*: hoc tamẽ etiam accusatiuo effertur, ut* καλῶς ἔχω τὸ σῶμα *bene habeo corpus. Interdum habet datiuũ, ut* καλῶς ἔχει μοὶ ἐκεῖνος *bene habet mihi ille*, ideſt *commodus eſt mihi.*

Ἔχομαι *uerbum medium ab* ἔχω, *quùm pro tango uſurpatur, genitiuum aſciſcit, ut* ἔχομαι σοῦ *tango te.*

Θαυμάζω *miror (quùm ad accuſationem refertur) raro accuſatiuum, ſæpius genitiuum deſiderat, ut* θαυμάζω ἐκείνου τοῦ ἀνδρός *miror de illo uiro.*

A Γινώσκω cognoſco *deductum per compoſitionẽ* συγγινώσκω ignoſco *genitiuum poſcit rei, & datiuum perſonæ: ut* συγγινώσκω σοὶ τῆς ἁμαρτίας *ignoſco tibi peccatum.*

Hinc Μεταγινώσκω *cognoſco cum pœnitentia, ſeu pœnitet, cum Datiuo & præpoſitione* ἐπὶ, *ut* μεταγινώσκω ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις *pœnitet me factorum.*

Ἀπογινώσκω *deſpero nunc cum accuſatiuo, nũc cum genitiuo, ut* ἀπογινώσκω ἐμαυτὸν *uel* ἐμαυτοῦ *deſpero de me ipſo.*

Actiua huius primæ Claſſis ante accuſatiuum, datiuum

tiuum admittunt gratiæ, vel acquisitionis, & post accusatiuum datiuum alterum instrumenti, vt τύπτω σοι τὸν παῖδα τῷ σκύτει *verbero tibi puerum scutica: tibi, idest, vt tibi gratificer. Quùm autem accusatiuum & genitiuum regit, subintelligitur* ἕνεκα gratiâ *ante genitiuum, vt* φιλέω σε τῆς ἀρετῆς *diligo te virtutis gratia, seu propter virtutem.*

De Secunda classe Actiuorum

Secunda classis Actiuorũ post se genitiuũ petit: Vt ὁ θάνατος μετ' ἁμαρτίαν κυριεύει τῆς γῆς mors post peccatum dominatur in terris.

Κυριεύω fut. σω, pręt. κεκυρίευκα dominari

Ἄρχω, f. ξω, p. ἦρχα imperare, [& inchoare.

Βασιλεύω, f. σω, p. βεβασίλευκα regnare.

Ἡγεμονεύω, f. σω, p. κα ducere, du- [cem esse.

Δυναστεύω, f. σω, Ind. ἐδυνάστευσα posse, [potentem esse.

Κρατέω, ῶ, f. ήσω, p. κεκράτηκα dominari.

Κατηγορέω, ῶ, f. ήσω, p. κατηγόρηκα accusare, [vel concionari contra aliquem.

Φροντίζω cogito, ἀμελέω negligo, ὀλιγωρέω ῶ paruifacio.

PROSTHESIS

Verbum βασιλεύω *in sacris literis cum accusatiuo constructum significat* regem facio. *Sic etiam* Κυριεύω *cum accus. pro* dominum constituo: *Vt* βασιλεύω σὲ, *regem te facio:* κυριεύω σὲ *dominum te constituo.*

Κρατέω *cum accusatiuo pro* vincere, *vt* κρατέω τὸν ἐχθρὸν *vinco inimicum.*

Κατηγορέω *nunc cum solo genitiuo construitur, vt* κατηγορέω σοῦ *accuso te: nunc cum genitiuo & accusatiuo, vt* κατηγορέω σου φόνον *accuso te cædis.*

Φροντίζω *modo genitiuum, modo accusatiuum amat, vt* φροντίζω τούτων, *vel* ταῦτα *cogito hæc.*

De Tertia classe Actiuorum

Tertia classis Actiuorum post se Datiuum assumit: Vt Κακοδαίμων φθονεῖ τῇ τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονίᾳ Cacodæmon inuidet hominum felicitati.

Φθονέω ῶ, f. ήσω, p. ἐφθόνηκα inuidere.

Βοηθέω ῶ, f. ήσω, p. βεβοήθηκα iuuare.

Λειτουργέω ῶ, f. ήσω, p. λελειτούργηκα ministrare.

Πιστεύω, f. σω, p. πεπίστευκα credere, fidere.

Πολεμέω, ῶ, f. ήσω, p. πεπολέμηκα bellare.

Ἐγκα-

Ἐγκαλέω, ῶ, f. έσω, p. ἐγκέκληκα accuſare.
Ἐμπαίζω, f. ξω, p. ἐμπέπαιχα illudere.
Προσκρέω, f. σω, p. προσκέκρεκα obuiũ
[eſſe, offendere.

Ἀπιστέω (penult. ε.) diffido, ἐμβλέπω inſpicio, ἐπιβελεύω inſidior, ἀμύνω iuuo punio, βασκαίνω faſcino, διοχλέω ῶ diſturbo, διακονέω ῶ, ὑπεργέω ῶ, ὑπηρετέω ῶ miniſtro.

PROSTHESIS

Verbum ἐνοχλέω ῶ *turbo (cuius indefinitum* ἠνώχλησα *per duplex augmentum) loco datiui accuſatiuum admittit: vt* ἐνοχλεῖ ἐκεῖνος τῆς εἰρήνην *ille turbat pacem.*

Ἐγκαλέω *aliquando cum datiuo, & accuſatiuo: vt* ἐγκαλῶ σοὶ φῶρον *accuſo te furti.*

Πολεμέω *interdum cum accuſatiuo, vt* πολεμῶ τὸν ἐχθρὸν *bello cum hoſte. Sed Compoſitum* καταπολεμέω *debello, cum accuſ. ſemper eſt:* Ἐκπολεμόω *verò (penult.* ο*) cum accuſatiuo, & datiuo: vt* ἐκπολεμόω ἕτερον ἑτέρῳ *committo alterum cum altero, ideſt hoſtem facio alterum alteri.*

De Quartâ claſſe Actiuorum

Quarta claſſis Actiuorum præter accuſatiuum patientem, alterum etiam accuſatiuum ſibi vẽdicat:

dicat: Vt διδάσκω σε ἑλληνικὴν παιδείαν doceo te Græcam literaturam.

Διδάσκω, (anomalū) fut. διδάξω, præt. δεδίδαχα docere.

Παιδεύω, f. σω, p. πεπαίδευκα erudire.

Νουθετέω ῶ, f. ήσω, p. νενουθέτηκα admonere

Ζημιόω ῶ, f. ώσω, p. ἐζημίωκα multare.

Κλέπτω, f. ψω, p. κέκλεφα furari.

Κρύπτω, f. ψω, p. κέκρυφα celare tegere

Ἀποστερέω ῶ, f. ήσω, p. ἀπεστέρηκα priuare.

Ἀφαιρέω ῶ, f. ήσω, p. ἀφῄρηκα auferre.

Ἀπαιτέω ῶ, f. ήσω, p. ἀπῄτηκα repetere.

Μυέω ῶ initio consecro, εἰσπράττω exigo, ἐνδύω induo, περιδύω circuminduo, ἐκδύω exuo.

PROSTHESIS

Vsitatum est Græcis παιδεύω σε παιδείαν erudio te eruditionem, νουθετῶ σε νουθεσίαν admoneo te admonitionis, sicut Latinè, curro cursum, vitam viuo.

Ζημιόω *alterius accusatiui loco datiuum substituit: vt* ζημιῶ σε χρυσίῳ *multo te aureo, idest nummo.*

Ἀποστερέω *post accusatiuum patientem sæpè recipit genitiuum: vt* ἀποστερῶ σε χρήματα *vel* χρημάτων *priuo te pecunijs.*

Ἀφαιρέω quadrupliciter construitur: vt ἀφαιρῶ σε τὰ βιβλία: vel σε τῶν βιβλίων: vel σε τὰ βιβλία: vel σοι τὰ βιβλία aufero à te libros.

De Quinta classe Actiuorum

Quinta classis Actiuorum præter accusatiuum genitiuum sibi ascicit: vt γεμίζετε τὰς ὑδρίας ὕδατος implete hydrias aquâ.

Γεμίζω,	fut. σω,	pręt. γεγέμικα	} imple-	
Πληρόω ῶ,	f. ώσω,	p. πεπλήρωκα	re.	
Κενόω ῶ,	f. ώσω,	p. κεκένωκα	vacuare.	
Γυμνόω ῶ,	f. ώσω,	p. γεγύμνωκα	nudare, [exhaurire.	
Ἀξιόω ῶ,	f. ώσω,	p. ἠξίωκα	dignari, di- [gnum putare.	
Διώκω,	f. ξω,	p. δεδίωχα	} expelle-	
Ἐλαύνω (anom.)	f. ἐλάσω,	p. ἤλακα	re.	
Ἐλευθερόω ῶ,	f. ώσω,	p. ἠλευθέρωκα	liberare.	
Ἁρπάζω,	f. σω, & ξω,	p. ἥρπακα	eripere.	
Καθαίρω,	f. αρῶ,	p. κεκάθαρκα	purgare.	

Λύω soluo, ἐλαττόω minuo, ἀθωόω ῶ absoluo, παύω sedo, ἐκκλείω excludo, ἐλαφρύνω κουφίζω leuo, ἀπαλλάττω absoluo, ἐγείρω excito, κρεμάω ῶ suspendo.

Adde verba emendi, & vendendi, vt πιπράσκω τὸν ἵππον δέκα χρυσίων vendo equum decem aureis.

De Sexta classe Actiuorum.

Sexta classis Actiuorum datiuum post accusatiuū deposcit; vt τόδε σοι ἀγγέλλω hoc tibi nuntio.

Ἀγγέλλω,	f. ελῶ,	p. ἤγγελκα	nuntiare.
Λέγω,	f. ξω,	p. λέλεχα	dicere.
Ποιέω ῶ,	f. ήσω,	p. πεποίηκα	facere.
Δράω ῶ,	f. άσω,	p. δέδρακα	facere.
Κομίζω,	f. σω,	p. κεκόμικα	vehere.
Φέρω (anom.)	f. οἴσω,	p. ἐνήνοχα	ferre.
Ἄγω,	f. ξω,	p. ἦχα,	ducere.
Πέμπω,	f. ψω,	p. πέπομφα	mittere.
Ἐπιςέλλω,	f. λῶ,	p. ἐπέςαλκα	mittere.

Δίδωμι do, μηνύω significo, ἀφίημι remitto, γράφω scribo, θύω sacrifico.

PROSTHESIS.

Dicitur, κομίζω σοι ἄρτον *veho tibi panem*: & κομίζω σε εἰς τὸν ἀγρὸν *veho te in agrum*.

Sic etiam construuntur φέρω, & ἄγω (*illud autem inanimatis congruens, hoc animatis, sed* κομίζω *vtrisquè*) *itemq;* πέμπω, & ἐπιςέλλω.

Sed γράφω *variat casus, & significata: dicimus enim* γράφω σοι ἐπιςολὴν *scribo tibi epistolam*: & γράφω σε τοῖς πολίταις *scribo te* (*seu de te*) *ciuibus*. Γράφομαι *pro* accuso *est quintæ classis, genitiuum habens post accusatiuum*: *vt* ἐγράψατο τὸν ἄνθρωπον τῆς ἀσεβείας *scripsit hominem*

minem impietatis, idest, accusauit.

De constructione Verbi Passiui

COMMA II.

Passiuum Verbum est, quod in ομαι desinens fit Actiuum, ομαι in ω mutato, vt Λείβομαι Λείβω.

De Prima classe Passiuorum

Prima Passiuorum classis ante se nominatiuũ rei patientis habet, ac post se genitiuum agentis cum præpositione ὑπὸ, vel παρὰ, vel πρὸς ab: Vt ὁ υἱὸς φιλέεται ὑπὸ τοῦ πατέρος filius diligitur à patre.

Φιλέομαι οῦμαι,	præt.	πεφίλημαι	diligi.
Ἀγαπάομαι ῶμαι,	præt.	ἠγάπημαι	amari.
Στέργομαι,	præt.	ἔστεργμαι	amari.
Ποθέομαι οῦμαι,	pręt.	πεπόθημαι	desiderari.
Μισέομαι οῦμαι,	præt.	μεμίσημαι	odio haberi.
Τύπτομαι,	præt.	τέτυμμαι	verberari.
Καταλύομαι,	præt.	καταλέλυμαι	dissolui.

Ἔχομαι habeor, ἀπατάομαι decipior, cum reliquis passiuis, quę ab Actiuis primę classis formantur.

Θαυμάζομαι	præt.	τεθαύμασμαι	admirationi esse
Ὑμνέομαι οῦμαι,	præt.	ὕμνημαι	laudari Deum.

Ἐπαινέομαι νῦμαι, præt. ἐπῄνεμαι laudari [verbis.

Ἐγκωμιάζομαι, prę̨t. ἐγκεκωμίαμαι laudari [scriptis.

Ζηλόομαι ῦμαι, præt. ἐζήλωμαι ę̨mulationi esse.

His adde passiua respondentia reliquis Actiuis primæ classis.

De Secunda classe Passiuorum

Secunda nominatiuum patientem ante se, genitiuum post se agentem cum præpositione, quẽadmodum in prima classe: vt ἡ γῆ μετ᾽ ἁμαρτίαν κυριεύεται παρὰ τῦ θανάτυ Terra post peccatum dominatur à morte.

Κυριεύομαι, prę̨t. κεκυρίευμαι dominari [*in sensu passiuo.*

Ἄρχομαι, præt. ἦρμαι imperari, & [inchoari.

Βασιλεύομαι, prę̨t. βεβασίλευμαι regnari. cum reliquis secundæ Actiuorum classi respondentibus.

De Tertia classe Passiuorum

Tertia eosdem antè, & pòst exigunt casus, nominatiuum, & genitiuum cum præpositione: vt ἡ τῶν ἀνθρώπων εὐδαιμονία φθονεῖται πρὸς τῦ κακοδαίμονος hominum felicitas inuidetur à Cacodæmone. φθο-

Φθονέομαι οῦμαι, pręt. ἐφθόνημαι inuideri.
Βοηθέομαι οῦμαι, pręt. βεβοήθημαι iuuari.
Λειτεργέομαι οῦμαι, pręt. λελειτέργημαι mini-[strari.
cum reliquis tertiæ Actiuorum obiectis.

De Quarta classe Passiuorum

Quarta ante se nominatiuum, vt alibi, post se genitiuum personæ cum conueniente præpositione: præterea accusatiuum Actiui secundū, qui ferè est accusatiu⁹ rei: Vt σὺ διδάσκῃ ὑπὸ μοῦ ἑλληνικὴν παιδείαν tu doceris à me Grecam literaturam.

Διδάσκομαι, præt. δεδίδαγμαι doceri.
Παιδεύομαι, præt. πεπαίδευμαι erudiri.
Νυθετέομαι οῦμαι, præt. νενυθέτηγμαι admo-[neri.
cum reliquis ex aduerso Quartæ Actiuorū.

De Quinta classe Passiuorum.

Quinta præter consuetum post se genitiuum, alterum genitiuum regit: vt Γεμιζέσθω ἡ ὑδρία παρ' ὑμῶν ὕδατος impleatur hydria à vobis aquâ.

Γεμίζομαι, præt. γεγέμισμαι } impleri.
Πληρόομαι οῦμαι, pr. πεπλήρωμαι } impleri.
Κενόομαι οῦμαι, præt. κεκένωμαι vacuari.
Cum reliquis ex Actiuorum Quintâ manātibus.

De

De Sexta classe Passiuorum

Sexta Datiuum præter consuetum genitiuum agentis requirit: vt τόδε παρ' ἐμοῦ σοι ἀγγέλλεται hoc à me tibi nuntiatur.

Ἀγγέλλομαι, præt. ἤγγελμαι nuntiari.
Λέγομαι, præt. λέλεγμαι dici.
Ποιέομαι οῦμαι, præt. πεποίημαι fieri.

Cum reliquis contra sextam Actiuorum.

PROSTHESIS

Passiua Græca Datiuum vice Genitiui agentis eleganter admittunt: vt φιλοῦμαι σοι *pro* ὑπὸ σοῦ *diligor tibi*, pro *à te*. *Aliquando Datiuus hic instrumentaliter ponitur, quemadmodum Latinè ablatiuus ille sine præpositione, qui de rebus inanimis est: vt curis conficitur, pro à curis frangitur metu, pro à metu.*

Interdum passiua cuiuscunquè classis regunt post se Genitiuū subaudita præpositione ἕνεκα *causa, gratia: vt* μισοῦμαι τῆς κακίας *odio habeor prauitate, vel prauitatis gratia.*

Passiua etiam Græca in vniuersum assumunt post se accusatiuum, quùm patientem locum significant: id quod ad Latinos etiam emanauit: Vt τιτρώσκομαι τὴν χεῖρα *vulneror manum.*

De

De constructione Verbi Neutri

COMMA III.

Neutrum Verbum est, quod in ω vel, ι, terminatum, more Actiui, Passiuum in μαι nequaquam format, vt ζάω uiuo, εἰμὶ sum.

De Prima classe Neutrorum

Prima Verborum Neutrorum classis est Substātiuorum, vtrinquè Nominatiuū poscentium: Vt πᾶσα ἡ ἀρετὴ ἐστι ἡ ἔνδοξος omnis virtus est honesta.

Εἰμὶ (anom.) fut. ἔσομαι, imperf. ἦν }
Ὑπάρχω, fut. ξω, pręt. ὑπῆρχα } esse.
Τυγχάνω, f. τεύξομαι, p. τετύχηκα }

PROSTHESIS

Verbum substantiuum tertię personę ἐστὶ *construitur cum articulo subiunctiuo in casu recto, & obliquo tàm singulari, quàm plurali: Vt* ἔστιν ὅς *quidam,* ἔστιν οὗ *cuiusdam,* ἔστιν ᾧ *cuidam &c.* ἔστιν οἱ *aliqui, quidam,* ἔστιν ὧν *aliquorum, quorūdam &c. Dicimus etiam* ἔστιν οἳ τινες *pro* τινὲς *aliqui,* οὐκ ἔστιν οἵ τινες *nulli. Et* ἔστιν ὃν τρόπον *quodammodò, pro* κατά τινα τρόπον *secundùm quendam modum. Et cum Aduerbijs* ὡς, ὅπως: *vt* ἔστιν ὡς, ἔστιν ὅπως *quodammodò.*

Substantiuam Verbum τυγχάνω *post se nominatiuum amat participij* ὢν *Verbi* εἰμὶ *substantiui*

vnà

vnà cum altero nominatiuo: Vt Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφὸς *(ad verbum) Socrates est existens sapiens. Sin autem post se rexerit participium Verbi adiectiui, non vltrà exiget alterum nominatiuum: Vt* Σωκράτης τυγχάνει περιπατέων *Socrates est ambulans. Repete Theor. 1. comm. 4. in prosth.*

De Secunda classe Neutrorum

Secunda Neutrorum classis postulat ante se nominatiuum per se neutralitatis, nec habet post se vllum proprium casum: ideoquè Intransitiuorum est, atquè Absolutorum: Vt ἐγὼ ζάω ego viuo, σὺ πλουτέεις tu ditescis, ἐκεῖνος εὐδαιμονέει ille felix est.

Ζάω ῶ, f. ζήσω, p. ἔζηκα viuere.

Πλουτέω ῶ, f. ήσω, p. πεπλούτηκα ditescere.

Εὐδαιμονέω ῶ, f. ήσω, p. εὐδαιμόνηκα felicem esse.

Ὑγιαίνω, f. ανῶ, p. ὑγίαγκα sanum esse.

Σωφρονέω ῶ, f. ήσω, p. σεσωφρόνηκα resipiscere, prudentem esse.

Ἁγνεύω, f. εύσω, p. ἥγνευκα purū esse.

Λιμώττω, f. ξω, p. λελίμωχα famescere.

Παρ-

Παρθενεύω virgo ſum, ἀληθεύω verus ſum, εὐτυχέω ῶ floreo, felix ſum, εὐημερέω ῶ feliciter valeo, εὐσεβέω ῶ ſum pius, ἀσεβέω ῶ ſum impius, ἐρυθριάω ῶ erubeſco, τρέχω curro.

PROSTHESIS

Etſi hæc verba vocantur intranſitiua, quia nullũ poſt ſe caſum habent proprium: Atticè tamen dicitur ζάω τὴν ζωὴν viuo vitam.

Ex his deriuantur tranſitiua, vt à πλουτέω diteſco fit πλουτίζω dito, diuitem facio, ab ὑγιαίνω ſanus ſum ὑγιάζω ſano, ſanum facio, à σωφρονέω reſipiſco prudens ſum σωφρονίζω prudentem facio, ab ἁγνεύω purus ſum ἁγνίζω purifico.

Verbum ὑγιαίνω admittit aliquando datiuum, aliquando accuſatiuum ſubintellecta vtrobiq; aliqua præpoſitione: vt ὑγιαίνω τῷ σώματι, vel τὸ σῶμα ſanus ſum corpore.

De Tertia claſſe Neutrorum

Tertia claſſis neutra Poſſeſſiua complectitur, nominatiuum antè, genitiuum pòſt exigentia: Vt ἐγὼ σπανίζω τῶν χρημάτων ego careo pecunijs.

Σπανίζω, f. σω, p. ἐσπάνικα carere.
Χρήζω, f. σω, p. κεχρῆκα indigere, [& velle.

Εὐπο-

Εὐπορέω ῶ, f. ήσω, p. εὐπόρηκα abũdare.
Ἀπορέω ῶ, f. ήσω, p. ἠπόρηκα indigere, [priuari.
Τυγχάνω, f. τεύξομαι, p. τετύχηκα assequi.
Ἁμαρτάνω, f. τήσω, p. ἡμάρτηκα aberrare, [peccare.
Ἀπολαύω, f. σω, p. ἀπολέλαυκα frui.

Ἀμοιρέω ῶ expers sum, ἐπιτυγχάνω assequor, ἀποτυγχάνω frustror, παραπολαύω præterfruor, ἐπαπολαύω superfruor.

PROSTHESIS

Verbum ἀπορέω ῶ *interdum cum accusatiuo, quũ significat* in dubitationem propono, *vt* ἀπορῶ τὸ πρόβλημα.

Ἀπολαύω *item cum sup. enumeratis compositis cum accusatiuo quandoquè reperitur.*

Dicimus eleganter ἁμαρτάνω τὴν ἁμαρτίαν *pecco peccatum.*

De Quarta classe Neutrorum

Quarta classe continentur Acquisitiua, quæ ideò Datiuum acquisitionis asciscunt: Vt δουλεύω σοὶ seruio tibi.

Δουλεύω, f. σω, p. δεδούλευκα seruire.
Εἴκω, f. ξω, p. εἶχα cedere, lo- [cum dare.
Ἀρέσκω (anom.) f. ἀρέσω, ind. 1. ἤρεσα placere.

Ἀρή-

Α᾽ρήγω, f. ξω, p. ἤρηχα adiuuare.
Βοηθέω ῶ, f. ήσω, p. βεβοήθηκα auxiliari.
Ο᾽μιλέω ῶ, f. ήσω, p. ὡμίληκα conuersari,
[concionari.

Υ῾πείκω decedo, ἀκολουθέω ῶ sequor, ἐπικυρόω sancio, εὐχαριστέω ῶ gratias ago, πειθαρχέω ῶ pareo, ὁμοφρονέω ῶ consentio, ὑπαντάω ῶ, συναντάω ῶ, ἐντυγχάνω occurro.

De Quinta classe Neutrorum

Quinta Transitiuorum est, ante se nominatiuum habentium, post se autem accusatiuum cum prępositione: Vt αὐτομολέω πρὸς τοὺς πολεμίους transfugio ad hostes: θαμίζω περὶ τὴν ἀγορὰν frequenter eo ad forum: εἶμι ἐπὶ τὸ δικαστήριον eo in iudicium.

Αὐτομολέω ῶ f. ήσω, p. ηὐτομόληκα
[transfugere.
Θαμίζω, f. ίσω, p. τεθάμικα fre-
[quenter ire, frequentare.
Εἶμι (anom.) f. εἴσομαι, ind. 2. ἴον ire.
Α᾽ναβαίνω, f. ἀναβήσομαι, p. ἀναβέβηκα
[ascendere.

Καταβαίνω descendo, ἐμβαίνω, & ἐπιβαίνω conscendo, ἥκω, & ἔρχομαι venio, βαδίζω, & φοιτάω ῶ vado, θέω, & τρέχω curro, ὁδεύω iter facio, ἀπαντάω ῶ occurro, obuiam eo,

περι-

περιπατέω ῶ deambulo.

PROSTHESIS

Ex his duo sunt etiam intransitiua, τρέχω, & ὁδεύω curro, & iter facio. Transitiua verò sunt, vt τρέχω ἐπὶ τὸ βραβεῖον curro ad præmium, ὁδεύω εἰς τὴν πόλιν iter facio ad ciuitatem. Dicitur etiam τρέχω τὸν περὶ ψυχῆς (idest τὸν δρόμον cursum, vel τὸν κίνδυνον periculum) adeo periculum capitis.

De Sexta classe Neutrorum.

Sextæ classis vocantur Neutropassiua, quòd passionem sui significent. Habent ante se Nominatiuum, post se autē casus varios: vt χαίρω τῇ δόξῃ Θεοῦ gaudeo gloriâ Dei, vel ἐπὶ τῇ δόξῃ Θεοῦ super gloriâ Dei, vel διὰ τὴν δόξαν Θεοῦ ob gloriam Dei. Alijs item modis.

Χαίρω (anom.) f. χαρήσω, p. med. κέχαρα [gaudere.

Ἀλγέω ῶ, f. ήσω, p. ἤλγηκα dolere (regit. Datiuū, vel accus. aut dat. cum ἐπὶ)

Πάσχω (anom.) f. πείσομαι, p. πέπονθα pati (accus.)

Ἀλύω, f. σω, p. ἤλυκα lætari, & mærere.

Κλαίω ῶ (anom.) f. κλαύσω, p. κέκλαυκα flere (accus.)

Θρηνέω ῶ, f. ήσω, p. τεθρήνηκα lamentari (accus.)

Δα-

Δακρύω, f. σώ, p. δεδάκρυκα plorare (accuſ.)
Φρίττω, f. ξω, p. πέφρικα horrere, metuere, (accuſ.)

Πεινάω ῶ, vel πεινέω ῶ eſurio (genit.) διψάω ῶ ſitio (genit.) μέθυω inebrior (accuſ.) φεύγω fugio (accuſ.) ſed pro accuſor (genit.) τρέμω tremo, metuo (genit. ſimpliciter, vel cum præpoſit. περὶ, vel accuſ. ſubauditâ præpoſit. διὰ)

PROSTHESIS

Non pauca huius claſſis Verba Intranſitiuè conſtruerentur, niſi accuſatiuũ Attici iungerent eiuſdem rei cum Verbo ſignificata: Vt νοσέω ægroto *abſolutè: & νοσέω τὴν νόσον ęgroto ægritudine: ἀσθενέω τὴν ἀσθένειαν langueo languore: ἀῤῥωστέω τὴν ἀῤῥωστίαν ęgroto ægritudine.*

Quædam reperiuntur in paſſiua voce apud poetas in eadem ferè ſignificatione, & conſtructione, vt à θρηνέω lamentor, θρηνέομαι lamentor (vtrumquè cum accuſ.)

De conſtructione Verbi Communis

COMMA IV.

Commune, ſeu Medium Verbum, quòd partim paſſiuè, partim actiuè in temporibus terminatum ab actiua ſimul, & paſſiua ſignificatione, quam participat, appellatur. Quare Actiuè

sumptum, construitur iuxta classem Actiui sui, vnde formatur: Passiuè autem, ablatiuum post se cum præpositione more Passiuorum exigit: Vt Αἰνείας ὁ Τρὼς κομίζεται Ἀγχίσην τὸ πατέρα Aeneas Troianus portat Anchisen patrem: Et: Ἀγχίσης ὁ πατὴρ κομίζεται ὑπὸ τοῦ Αἰνείου Τρωός Anchises pater portatur ab Aeneâ Troiano.

Βιάζομαι, f. βιάσομαι, p. βεβίασμαι violare, & violari.

Sed rara admodum occurrunt Verba purè Communia. Pleraquè enim in Præsenti solùm, & Imperfecto communem admittunt significationem: In reliquis autem temporibus nunc quidem actiuam, nunc autem passiuam reperies. Nam Perfectum τέτυφα (à præsenti τύπτομαι) & Plusquam perfectum ἐτετύπειν actiuè sumuntur *verberaui*, *verberaueram*; A' Τήκω autem τέτηκα, & ἐτετήκειν passiuè *liquefactus sum*, *liquefactus fueram*. Id ipsum in Indefinitis, & Futuris videre est.

Cæterùm Atticè communis est significatio in omnibus æquè temporibus Verbi Communis: Vt ἐγὼ διδάσκαλος τέτυπα τὸν μαθητήν ego præceptor verberaui discipulum. Et è cõtrario: ἐγὼ μαθητὴς τέτυπα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου.

λυ ego discipulus verberatus sũ à pręceptore.

Imò ipsa quoquè Passiua Communium loco Atticè vsurpantur, ideſt passiuè ſimul & actiuè: ſicut vicissim aliquando pro Passiuis Actiua: è constructione autem, & regimine casuum vnus ab altero sensus dignoſcitur.

Sed non pauca sunt Verba Communia, quorum Actiua reperiuntur.

De constructione Verbi Deponentis

COMMA V.

Deponens Verbum eſt, quod passiuè vbiquè terminatum actionem plerumquè significat: raro autem passionem. Actionem significans Per se actiuum vocatur: Passionem, Per se passum.

De Prima classe Deponentium.

Prima Deponentium classis Nominatiuum agentem præmittit, accusatiuum patientem postponit: Vt δέχομαι τὴν χάριν accipio beneficium.

Δέχομαι, f. δέξομαι, p. δέδεγμαι accipere.

Ἐνθυμέομαι ϰῦμαι, f. ήσομαι, p. ἐντεθύμημαι animaduertere.

Κτάομαι ῶμαι, f. ήσομαι, p. ἔκτημαι acquirere poſsidere.

Ἐξηγέομαι οῦμαι, f. ήσομαι, p. ἐξήγημαι enarrare.

Λογίζομαι, f. ίσομαι, p. λελόγισμαι } cogitare.
Σκέπτομαι, f. ψομαι, p. ἔσκεμμαι.

Καρπόομαι οῦμαι, f. ώσομαι, p. κεκάρπωμαι [fructum capere, frui, vti.

Μηχανάομαι ῶμαι, f. ήσομαι, p. μεμηχάνημαι [machinari.

Μιμέομαι οῦμαι, f. μιμήσομαι, p. μεμίμημαι [imitari.

Πυνθάνομαι (anom.) f. πεύσομαι, p. πέπυσμαι [audire.

Ἔρομαι (anom.) f. ἐρήσομαι, ind. 2. med. [ἠρόμην interrogare.

Τεκμαίρομαι conijcio, αἰτιάομαι ῶμαι pro accuso, μέμφομαι διαμέμφομαι accuso, πυνθάνομαι pro interrogo, ἡγοῦμαι pro existimo, & dux sum, ἐνίττομαι obscurè loquor, ἰῶμαι medeor, θεῶμαι specto, ἀσπάζομαι amo & saluto, μαντεύομαι vaticinor, διορίζομαι affirmo, ἀρνέομαι οῦμαι nego, ἀναίνομαι renuo, ἐπίσαμαι pro cognosco, καταμέμφομαι increpo, τιμωροῦμαι vlciscor, λῄζομαι prędor, σκήπτομαι pro excuso, σιτέομαι οῦμαι epulor, παλαμάομαι ῶμαι astutè facio, λυμαίνομαι lædo, διαχειρίζομαι interficio.

PRO-

PROSTHESIS

Verbum τεκμαίρομαι *conijcio accusatiuum vel datiuum habet, vt* τεκμαίρομαι τὺς λόγυς αὐτῦ *vel* τοῖς λόγοις αὐτῦ *conijcio ex eius verbis.*

Αἰτιάομαι ῶμαι *pro* accuso *accusatiuum cum genitiuo: vt* αἰτιῶμαί σε τῆς κακίας *accuso te malitiæ: sed pro* causam puto *sic:* αἰτιῶμαι τὴν τῦ θανάτυ ἁμαρτίαν *mortis causam puto peccatū.*

Similiter μέμφομαι, *&* διαμέμφομαι *pro* accuso: *vt* μέμφομαί σε τῆς ἀδικίας *accuso te iniuriæ.*

Πυνθάνομαι *sumptū pro* interrogo *genitiuū petit.*

De Secunda classe Deponentium

Secunda Deponentium classis post se genitiuum amat. Vt μέμνημαι τῦ πράγματος memini negotij.

Μιμνήσκομαι (anom.) f. μνήσομαι, p. μέμνημαι [meminisse.

Κήδομαι, f. κήσομαι, p. κέκημαι satagere.

Μεταποιέομαι ῦμαι, f. ήσομαι, p. μεταπεποίημαι vendicare, studere.

Ὀρέγομαι, f. ξομαι, p. ὤρεγμαι appetere.

Αἴσθομαι vel

Αἰσθάνομαι (anom.) f. αἰσθήσομαι, p. ἤσθημαι [sentire.

Ὀσφραίνομαι, f. ὀσφρανῦμαι odorari.

Ἅπτομαι, f. ἅψομαι, p. ἧμμαι tangere.

cum reliquis Verbis ad sensum spectantibus.

Ἀκροάομαι ῶμαι, f. ἀκροάσομαι auscultare,

Στοχάζομαι, f. σομαι, p. ἐστόχασμαι [collimare, in scopum intendere.

Πειράομαι ῶμαι, f. σομαι, p. πεπείρασμαι expiri.

Δέομαι, f. ήσομαι, p. δεδέημαι indigere.

Προνοθεύομαι vel θεῦμαι prospicio consulo, προνοέομαι νοῦμαι prȩuideo, prouideo, ἐφίεμαι, γλίχομαι, ἱμείρομαι vel εἱμείρομαι cupio, μεθίεμαι dimitto, προΐσαμαι adsto, ὑπερίσαμαι supersto, διΐσαμαι disto, ἐπιμέλομαι vel λοῦμαι curo, ὠνάμην vtilitatem sum assecutus; ἀπωνάμην adeptus sum, ἐπιλανθάνομαι obliuiscor, φείδομαι misereor, accuratè loquor, γεύομαι gusto, ἀπέχομαι abstineo.

PROSTHESIS

Ex his Verba quatuor etiam accusatiuum postulant, videlicet Μέμνημαι, Ἱμείρομαι, Ἐπιλανθάνομαι, Μεταποιέομαι: *Vt* μέμνημαι σοῦ, *vel* σὲ *memini tui, vel te. At* μεταποιέομαι *cum genitiuo ponitur pro assero, vendico, studeo: cũ Accusatiuo pro immuto, acquiro.*

Verba, quæ sensum significant, sæpè cum accusatiuo iunguntur.

Αἰσθάνομαι sentio, *quùm ad corporis sensum refertur,*

tur, genitiuo contentum est: vt αἰσθάνομαι τῆς κραυγῆς *sentio clamorem, idest audio.*

Ad animum quùm refertur, pro intelligo, rescisco, *Participium regit: tunc autem si persona diuersa significetur, participium accusatiuo effertur: Vt* αἰσθάνομαί σε ποιοῦντα τοῦτο *cognosco te facientem hoc, idest facere. Sin eadem persona fuerit, nominatiuo vtendum Participij: Vt* αἰσθάνομαι ἕξων *percipio me habiturum esse:* αἰσθάνομαι φερόμενος ἔξω τοῦ καιροῦ *intelligo me latum esse (vel ferri) vltra quàm tempus postulat.*

De Tertia classe Deponentium

Tertia classis Deponentium Datiuum exigit: Vt εὔχομαι τῷ Θεῷ precor Deum.

Εὔχομαι, f. ξομαι, p. εὖγμαι precari.

Θυμέομαι οῦμαι, f. ήσομαι p. τεθύμημαι) irasci.
Ὀργίζομαι, f. ίσομαι, p. ὤργισμαι)

Χράομαι ῶμαι, f. ήσομαι, p. κέχρημαι vti.

Ἕπομαι, f. ψομαι, p. ἧμμαι sequi,

Ἀπολογέομαι γοῦμαι, f. γήσομαι, p. ἀπολελόγημαι respondere pro defensione.

Ἐναντιόομαι οῦμαι, f. ώσομαι, p. ἠναντίωμαι aduersari.

Μάχομαι (anom.) f. μαχοῦμαι, μαχήσομαι, έσομαι, p. μεμάχημαι pugnare.

Λοιδορέομαι ρῦμαι conuitior, ἀνθίσαμαι, & προσίσαμαι aduersor, παρίσαμαι assisto, ἀσχολέομαι, & ἐνασχολέομαι λῦμαι incumbo, ἀποκρίνομαι respondeo; ἀνέχομαι tolero, σύναγελάζομαι associor; φιλόομαι λῦμαι concilior, ἁμιλλάομαι λῶμαι contendo.

PROSTHESIS

Dicimus εὔχομαι Θεῷ *precor Deum*, *&* εὔχομαι ἀνθρώπῳ *precor pro homine: Ibi autē Datiuus est Verbi proprius, hic communis est Commodi. Composita eius duo genitiuum petunt* καταύχομαι deprecor, imprecor, *&* ὑπέρχομαι bene precor: *At* ἐπεύχομαι imprecor, *accusatiuum.*

Verbum ἀπολογέομαι γῦμαι pro defensione respondeo, *accusatiuum loco datiui aliquando adhibet: Vt* ἀπολογεῖσθαι δίκην *dicere defensionem causæ. Aliquando præter accusatiuū etiam præpositionem cum casu: Vt* ταῦτα ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολελόγημαι *hæc pro me excusando dixi. Aliquando solam præpositionem cum casu: Vt* ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος *defendere aliquem: Et* ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα *respondebo ad accusationes.*

Λοιδορέομαι σοὶ *&* *aliquando* σὲ *conuitior tibi: Aliquando passiuè capitur pro* malè audio.

Ἀμιλ-

Ἀμιλλάομαι cum accuſatiuo & præpoſitione πρὸς: vt ἁμιλλᾶσθαι πρὸς ἀλλήλους contendere inter ſe mutuò.

De Quarta claſſe Deponentium

Quarta Deponentium claſſis geminum poſt ſe accuſatiuum habet: Vt πράττομαι τοὺς πολίτας τὸ τέλος exigo à ciuibus tributum.

Πράττομαι, f. ξομαι, p. πέπραγμαι exigere.

Ἀφαιρέομαι οῦμαι (anom.) f. ήσομαι, p. ἀφήρημαι [auferre.

Ἐργάζομαι, f. άσομαι, p. εἴργασμαι operari, [facere.

PROSTHESIS

Verbum ἐργάζομαι non niſi Atticè cum duobus accuſatiuis conſtruitur, vt εἰργάζετο τοὺς ἀνθρώπους πολλὰ κακά afficiebat hõines multis malis: Communiter autem ſic: εἰργάζετο πολλὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις faciebat hominib⁹ multa mala.

Ἀφαιρέομαι *in præſenti tempore communem habet ſignificationem: duplicem tamen accuſatiuum petit: Interdum accuſatiuum cum genitiuo: vt ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα, vel τῶν χρημάτων aufero à te pecunias.*

De Quinta claſſe Deponentium

Quinta Deponentium claſſis genitiuum poſt accuſatiuum amat: Vt ὁ Χριστὸς λελύτρωται ἡμᾶς

τῆς

τῆς ποινῆς αἰωνίȣ Christus redemit nos à pœnâ eternâ. Inde ὁ λυτρωτὴς ȣ redemptor, inclytum Christi Dei nomen.

Λυτρόομαι ȣ̃μαι, f. ώσομαι, p. λελύτρωμαι (redimere.

Ω᾽νέομαι ȣ̃μαι, f. ήσομαι, p. ἐώνημαι emere.

Ρ῾ύομαι, f. ῥύσομαι, p. ἔῤῥυσμαι liberare.

Αἱρέομαι ȣ̃μαι (anom.) f. αἱρήσομαι, p. ᾕρημαι (eligere.

Ε᾽ξαιρέομαι ȣ̃μαι eripio, παραιτέομαι ȣ̃μαι excuso, remoueo, ἀλλάττομαι commuto, ἀποδίδομαι, πρίαμαι emo.

PROSTHESIS

Verbum ὠνέομαι interdum cum datiuo post accusatiuum: Vt ὤνησαι τὴν σωτηρίαν θανάτῳ eme salutem morte.

Ρ῾ύομαι *quandoquè in sacris literis præter accusatiuum admittit ablatiuum cum* ἀπὸ: ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τȣ̃ πονηρȣ̃ *libera nos à malo.*

De Sexta classe Deponentium

Sexta verò Deponẽtium classis post se accusatiuum rei postulat cum datiuo personæ: vel contrà cum accusatiuo personæ datiuum rei: Vt δωρέομαι ἵππον σοι dono equum tibi, vel δωρέομαί σε ἵππῳ dono te equo.

Δωρέομαι ȣ̃μαι, f. ήσομαι, p. δεδώρημαι donare.

Ε᾽πα-

Ἐπαγγέλλομαι, f. λοῦμαι promittere, profiteri.
Κοινόω, f. ώσω, p. κεκοίνωκα communicare.
Ὑπισχνέομαι νοῦμαι (anom.) f. ὑποσχήσομαι, p. (ὑπέσχημαι polliceri, vouere.

Ἀνακοινόομαι, νοῦμαι impertio, ἀπεργάζομαι efficio ὑπόσχομαι vel ὑποσχοῦμαι promitto, ἀφοσιόομαι οῦμαι remitto, χαρίζομαι dono.

De Septima classe Deponentium

Septima classis constat Deponentibus Passiuis, hoc est ijs, quæ per se passionem significant.

Ante se Nominatiuo patiente gaudet, post se varijs casibus: Videlicet

Genitiuo, vt καταψεύδομαί σου mentior contra te:

Datiuo, vt συγγίνομαί σοι conuersor tecum:

Accusatiuo, vt φοβοῦμαι τὸν θάνατον timeo mortem: vbi subintelligitur præposito v. g. διὰ propter:

Præpositione & genitiuo, vt τὸ φῶς γίνεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου claritas fit à sole:

Præpositione & accusatiuo, vt καταγίνομαι εἰς τὴν πόλιν proficiscor ad vrbem.

Duobus casibus, vt προαιροῦμαι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ θανάτου præpono morti peccatum:

Qui tamen casus conuertuntur in infinitiua, vt προαιροῦμαι μᾶλλον θανεῖν, ἢ ἁμαρτάνειν præeligo

eligo magis mori, quàm peccare.

PROSTHESIS

Deponentium Actiuorum quædam habent Actiua sua diuersam rem significantia: quædam autem eiusdem sunt significationis: vt in Latinis Impertior, *&* Impertio. *Quæ idē significant cū Actiuis, non ideò, vbi passiuè coniugantur passiuè significant, nisi in Indefinitis passiuis: vt* δέχομαι *suscipio*, ἐδέχθην *susceptus sum: & in Medijs, vt* ἐδεξάμην *susceptus sum. Interdum in Præteritis perfectis.*

De constructione Verbi Impersonalis

COMMA VI.

Varia est Impersonalium constructio. Quædam ante se nominatiuum poscunt, vel eius loco membrum orationis: Vt τοῦτο λέγεται dicitur hoc: λέγεται τὸν φίλον ἐλθεῖν dr̃ amicū venire. Sic construuntur δεῖ, χρή oportet, πρέπει decet, ἐνδέχεται contingit.

Quædam ante se genitiuum regunt: Vt χρὴ τῶν βιβλίων opus est libris.

Nonnulla nominatiuo ante se gaudēt, vel Infinitiuo vice nominatiui, post se autem datiuo: Vt ὁ μαθητὴς μέλει τῷ καθηγητῇ discipulus curæ est præceptori: Vel διδάσκειν μέλει τῷ καθηγητῇ docere curæ est præceptori.

Huius

Huius classis sunt πρέπει decet, προσήκει conuenit, ἀνήκει, συμβαίνει contingit, ἀρέσκει placet iuuat, συμφέρει confert, ἀρκεῖ, ἐξαρκεῖ, διαρκεῖ, καταρκεῖ sufficit, ἁρμόζει congruit, ἔξεστι licet, δοκεῖ videtur: Et passiua Præterita εἴρηται dictum est, ἤκεσται auditum est, ἔγνωσται cognitum est, cum alijs Acquisitiuis: Vt εἴρηταί μοι τόδε, dictum est mihi hoc: vel εἴρηταί μοι φίλον ἐλθεῖν dictum est mihi, amicum venisse: Cui addi potest genitiuus agens cum prepositione ὑπὸ more Passiuæ constructionis, εἴρηται ὑπ' ἐκείνων dictum est ab illis.

Sunt, quæ genitiuum ante, datiuum post exigũt: vt μέλει μοι βιβλίων est mihi cura librorum: μέτεστί μοι τοῦδε πράγματος est mihi participatio huius rei.

P R O S T H E S I S

Verbum δεῖ *pro* opus est *cum datiuo personæ, & genitiuo rei collocant: Vt* δεῖ μοι χρημάτων, *quod Latinę phrasi responderet resolutum in Nomen & Verbum substantiuum* ἔνδεια ἐστὶ μοι χρημάτων *opus est mihi pecunijs.*

Similiter verbum χρὴ, *vt* χρὴ μοι τῶν φίλων, *vel* χρεία ἐστὶ μοι τῶν φίλων *opus est mihi amicis.*

Coniugationes Impersonalium habentur sup. lib. 2. Theor. 7. in Prosthesi sub initium theorematis 8.

De constructione Modorum Verbi

COMMA VII.

Indicatiuus modus Optatiui loco nonnunquam vsurpatur: Vt apud Greg. ἄδηλον ὂν, εἰ προσήσεται (pro προσήσοιτο) incertum erat, si admissurus erat (pro esset).

Etiam vice Subiunctiui: vt χριστιανῶν οὐδεὶς ἐστὶν, ὅστις μὴ ἐβαπτίσθη (pro βαπτισθείη ἂν) christianorum nullus est, qui non est baptizatus (pro sit).

Optatiuus vicissim loco Indicatiui. Sic Plato: ἔλεγες γὰρ, ὅτι ὁ Ζεὺς τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν αἰδῶ πέμψειε τοῖς ἀνθρώποις (pro ἔπεμψε) dicebas enim, quòd Iupiter Iustitiam, & Pudorem miserit hominibus (pro misit). Vbi obseruandũ est, huiusmodi constructionem fieri post particulam ὅτι, & post illas etiam ὅσπερ, ὅς, ὅσοι, ὅτε, ὡς.

Item vice subiunctiui Atticè: vt ἐὰν λίβοις pro λίβῃς quùm libaueris.

Subiunctiuus futurum tempus etiam in præsenti refert: vt ὁπόσα λείβῃς quæcunquè libaueris.

Coniũctionem sæpe subintelligit: vt πείθω, ποιῇς persuadeo, facias: pro ἵνα ποιῇς vt facias.

Seruit interrogationi dubitatiuæ: vt πότερον λῶ

λέγῃς; an dicas? πότερον σιωπᾷς; an sileas?

Infinitiuus regitur à Verbo finiti modi dupliciter.

Primò, quoties Latinè post finitum sequitur coniunctio finalis, *Vt*. Verbi gratiâ: do tibi librum, vt studeas δωρέομαί σοι βιβλίον σπουδάζειν, pro ἵνα σπουδάζῃς.

Secundò, quoties Latinus infinitus post finitum resoluitur barbarè in modum finitum precedente coniunctione *Quòd*. Verbi gr. λέγω τὸν φίλον ἔρχεσθαι dico amicum venire: seu: dico, quòd amicus venit: græcè: λέγω, ὅτι ὁ φίλος ἔρχεται. Est autem hæc constructio vt Latinis barbara, ita Græcis genuina.

Infinitiuum regunt Verba electionis & volũtatis, cuiusmodi sunt θέλω volo peto, βούλομαι volo decerno, προαιρέομαι eligo statuo.

Item Verba desideratiua vt ἐφίεμαι appeto mando permitto, ἐπιθυμέω concupisco desidero, ἱμείρομαι amo cupio, ὀρέγομαι appeto, γλίχομαι glisco cupio, ἔλδομαι curo cupio. Hæc autem desideratiua Infinito iunguntur intercedente Articulo genitiuo, vt ἐφίεμαι τοῦ σπουδάζειν appeto studere.

Tertiò Verba motum ad locum significantia: vt Io: 14. πορεύομαι ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον

vado

vado parare vobis locum, pro, ad parandum. Aliquando Infinitus construitur vice Gerundij, vel Supini præmissa præpositione πρὸς, & articulo neutro, vt πορεύομαι πρὸς τὸ ἑτοιμάσαι vado ad parandum, vel vado paratum.

Infinitiuus cum altero infinitiuo continuatur: Vt ἔλδομαι σε σπουδάζειν, μανθάνειν (pro ἵνα μανθάνῃς) cupio te studere, vt discas.

PROSTHESIS I.

Infinitiuus loco finiti eleganter sequitur post nomina relatiua οἷος, ὅσος *&c. Vt* οἱ Θεοί εἰσὶν, οἷοι μὴ μεταβάλλειν (*pro* μεταβάλλουσι) *Dij sunt, qui non mutantur. Dicimus etiam* οἷος καθεύδειν *pronus ad dormiendum: &* ὅσα με ὁράειν *quantum ego videam.*

Etiam ab adiectiuis regitur: vt ἀνδρεῖος μάχεσθαι *fortis ad pugnam,* καλὸς ἰδεῖν *pulcher visu.*

Pulchrè item post adiectiuorum datiuos cũ prępositione ἐν, *quæ substantiuè et aduerbialiter sumuntur, additur infinitiuus præcedente articuli genitiuo: ea sunt* ἐν καλῷ *honestum commodum, vel honestè commodè:* ἐν καλλίστῳ *honestissimum commodissimum, vel honestissimè commodissimè, et huiusmodi alia. Dicimus itaq;* ἐν καλῷ τοῦ ποιεῖν *cõmodum ad faciendũ.*

Figu-

Figurata constructio est, ac peruenust ι᾽: ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι, *pro* ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο *postquam autem factum est: Vbi coniunctio* ἐπειδὴ *valet idem ac* μετὰ τὸ, *quasi* μετὰ τὸ γενέσθαι *post ipsum factum esse. Similiter:* ὡς ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, *pro* ὡς ἤκουσαν οἱ παρόντες *sicut audierunt præsentes.*

Pro Participijs Impersonalium aliquando stat Infinitiuus, vt δεῖν, *pro* δέον *quùm oporteret. Sic etiam* πλεῖν *pro* πλέον *plus.*

Infinitiuo etiā expreßo, vel tacito explicatur Græcè, quod Latinè dicitur: Vt vno verbo absoluā ἑνὶ λόγῳ δὲ εἰπεῖν (*quasi*) *vno verbo absoluere. Vel* ἑνὶ λόγῳ *vno verbo: subintellige infinitiuum* εἰπεῖν *dicere.*

Infinitiu⁹ absolutè in Inscriptionib⁹ Epistolarum ponitur, vt Ἀντόνιος Σαλμάτιος Ὀκταουΐῳ Βολδωνίῳ εὖ πράττειν *Antonius Salmatius Octauio Boldonio Sal.* (*subaudi* προστάττει)

PROSTHESIS II.

Quædam Verba in oratione ponuntur, quæ tamen ad sententiam nihil conferunt, sed prorsus abundant. Ea sunt εἰμὶ, φέρω, ἔχω, φαναι, εἰπεῖν, φθάνω. *et huiusmodi. 1. De* εἰμὶ, *vt* ἐν τῷ νῦν εἶναι, *pro* ἐν τῷ νῦν *in præsentiarum:* τῷ νῦν εἶναι *nunc. 2. De* φέρω, *vt* σοὶ δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ

καθάπερ ἐν ἀκροπόλει φέρων ὀφθαλμοὺς ἐγκατέθηκεν *tibi autem in capite velut in arce oculos imposuit (Hic abundat* φέρων *participium Verbi* φέρω.) *3. De* ἔχω, *vt* μαθὼν ἔχω, *pro* ἔμαθον *didici. 4. & 5. De* φάναι dicere, & εἰπεῖν dixisse, narrasse: *vt* ἔφη φάναι, *vel* ἔφη εἰπεῖν *inquit dixisse, pro inquit: nam illud* φάναι, *vel* εἰπεῖν *quùm idē significet cum suo verbo, superuacaneum quidem est ad sententiam, licet non ad elegantiam sermonis. 6. Similiter de* φθάνω, *vt* φθάνω ἀναλισκόμενος, *pro* ἀναλίσκομαι *consumor,* ἔφθην ποιήσας, *pro* ἐποίησα *feci,* φθάσεις πευσόμενος, *pro* πεύσῃ *sciscitaberis. Vbi obiter obserua, conuenire Verbum, et Participium in tempore. His adde* διατελέω, *vt* διατελῶ ποιῶν, *pro* ποιῶ *facio:* τυγχάνω *quoque vt* τυγχάνω ὤν, *pro* εἰμὶ *sum.*

De regimine Participij.

THEOREMA VI.

Participium cum Verbo substantiuo supplet pro Verbo adiectiuo subiunctiui Modi: Vt ἐὰν τυγχάνει γεγραφώς si scripserit.

Atticè etiã extra perfectũ subiunctiui per omnes modos, & tempora: vt ἀνῃρηκὼς ἔσομαι sustulero: οὐ γὰρ ἐχθρὸς ὑπῆρχεν ὤν non erit quidem inimicus.

Secundò Participium vicem Infinitiui subit: vt οὐ παύσομαι φιλῶν non desinam amans, pro φιλεῖν amare: διατέλει σπουδάζων perseuêra studens, pro σπουδάζειν studere. Hoc in Verbis maximè perseuerandi, & desistendi. In ijs verò, quæ affectionem animi significant, Participium nominatiuo, vel accusatiuo effertur: vt μέμνημαι ἰδὼν, vel ἰδόντα pro μέμνημαι ἰδεῖν memini vidisse.

Pro Ablatiuo Latinorũ absoluto adhibetur Grecè Participij genitiuus cum suo substantiuo: vt ἐμοῦ διδάσκοντος me docente: σοῦ λέγοντος te dicente.

Aliquando subintelligitur substantiuũ ex proximè dictis in oratione: vt τυπόντων δὲ postquàm autem verberassent.

Attici Accusatiuum substituunt loco genitiui absoluti, & plerunquè præcedentibus ὡς, vel ὥσπερ: vt ὡς σὲ γράφοντα, pro σοῦ γράφοντος te scribente.

Hoc maximè familiare est in participijs Verborum Impersonalium: vt (à δεῖ oportet) δέον τὰ ἕτερα, pro δεόντων τῶν ἑτέρων quùm alias res oporteat facere: Ab ἔξεστι licet: vt ἐξὸν αὐτῷ ποιῆσαι, pro ἐξόντος αὐτῷ ποιῆσαι quùm ipsi liceat facere.

P R O S T H E S I S

Loco nominis quandoq; stat Participium, illiusq; more construitur: ut τὸ καθῆκον σοῦ *officiũ tuũ.*

Interdum redundat in oratione (sicut etiam de quibusdã Verbis dictũ est in fine superioris Theor. prosth. 2.) ut ᾠχόμην ἀπιὼν *abiui abiens, pro* ᾠχόμην *abiui:* τὸ νῦν ἔχον, *pro* τὸ νῦν *nunc.*

Cęterùm familiaris est Grecè participiorum usus pro Latinis Subiũctiuis, quando pręcedit Quũ: Vt ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν *homo, quùm in honore esset, non intellexit.*

Attici verò liberiùs pro cuiusuis Modi Verbo substituunt participium: ut τίς ὁ φενακίσας ταῦτα *(pro* ὃς ἐφενάκισα*) quis est, qui cõmentus est fraudem hanc?* εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου *inuẽta est in utero habens de Spiritu Sancto:* ἔχουσα *pro* ἔχειν *habens pro habere.*

Aliquando Participium nomini substantiuo coniunctum in obliquo ponitur casu, vice Verbi et Nominatiui: idquè propter præcedentem aliũ obliquũ: ut πιστεύω ἡμᾶς ὡς ἕξοντας τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν, *pro* ὡς ἕξομεν τὴν τοῦ *etc. credo nos habituros regnum Dei.*

De regimine Præpositionis

T H E O R E M A VII.

Quoniam variata significatione Præpositionum

ua-

uariatur constructio, vtrăquè hoc loco complecti necesse fuerit: Idquè carmine, vt euitetur prolixitas, & quæ ex multiplici rerum copia facilè oboritur, memoriæ perturbatio. Priùs autem tradentur Præpositiones monosyllabæ, posteriùs disyllabę.

1 E'N.

Semp E'N *In*, *Per*, & *Inter* ꝑpositura Datiuo:
Iuncta κατ' ἔλλειψιν iungitur & Patrio.

2 EI'Σ, E'Σ.

EI'Σ, E'Σ *Ad*, *In*, *Per*, *Ob*, *Vsquè ad*, *Apud*, volo iungere Quarto:
A'λλὰ κατ' ἔλλειψιν redditur & Patrio.

3 E'Ξ, E'K.

E'Ξ, aut E'K Patrio, *Ex*, *Per*, *Ab*, *Ob*: præit illa sequente
Vocali: hanc gaudet consona sola sequi.

4 ΣΥ'N, ΞΥ'N.

ΣΥ'N, ΞΥ'N Opem, aut Comitem tibi fert *Cum*, iuncta Datiuo:
ΣΥ'Nγε Θεοῖς Cum Dijs, siue fauore Deûm.

5 ΠΡΟ'Σ

ΠΡΟ'Σ *Per*, *Ab*, *Est*, *Coràm* Patrius: *Propè*, *Ad*, *Inquè* Datiuus:
Quartus *Ad*, Eἰς, *Pro*, *Sub*, *Versus*, *In*, *Ante*, *Penes*.

6 ΠΡΟ᾽.

Ante ΠΡΟ᾽ significat *Pro, Præ* (sẽperq; Secundo.
Constructũ) vt simplex fert, ita cõpositum.

7 Α᾽ΝΑ᾽.

Quarto Α᾽ΝΑ᾽ *Per* referens : atquè *In*, Σὺν iunge
Datiuo :
Compositum *Sursum*, siue *Re* significat.

8 ΚΑΤΑ᾽.

De ΚΑΤΑ᾽, *Per*, *Sub*, *Ab*, *Ex* Patrius : *Super*, Εἰς,
Α᾽πὸ, *Contra* :
Ad, *Iuxta*, *Circa*, *Tempora* Quartus habet.

9 ΔΙΑ᾽.

Per ΔΙΑ᾽, *Post*, *Ex*, *Inter*, auet Genitiuus habere :
Propter, *Per* Quartus, *Dis* benè compositum.

10 ΜΕΤΑ᾽.

Post ΜΕΤΑ᾽ Quartus, Ἐν, Εἰς : *Cum* Tertius, Ἐν,
Per, *Ad*, *Inter* :
Cum Genitiuus, *Ad*, Ἐν, vel Διὰ ritè feret.

11 ΠΑΡΑ᾽.

A ΠΑΡΑ᾽ dat Patri⁹ : dat *Apud*, *Iuxta*, atq; Datiu⁹ :
Præter, *Ad*, *In*, *Propter*, *Trans*, *Prope* Quartus,
Ab, *Ob*.

12 Α᾽ΝΤΙ᾽.

Α᾽ΝΤΙ᾽ Secund⁹ habet *Pro*, *Contra* : cõpositũ *Pro*,
Aut *Par*, aut *Contrà* : quod probat Α᾽ντίθεος.

13 Ε᾽ΠΙ᾽.

Dant

Dant E'ΠΙ' *Sub*, *Penes*, *In*, *Per*, *De*, *Super*, *Ante* Secundus:

Tertius *In*, *Pro*, *Post*: Quart⁹ *Ad*, *Ob*, *Sup*, *In*.

14 ΠΕΡΙ'.

De ΠΕΡΙ', *Præ* Patri⁹, *Pro*, *Circũ*: Tertius *Ex*, *Pro*: *Circiter*, *In*, *Circum* Quartus habere solet.

15 Α'ΜΦΙ'.

Α'ΜΦΙ' datur Patrio, *De*, pro *Circa* atquè Datiuo *Circiter*, aut *Circũ De* quoq; Quartus habet.

16 Α'ΠΟ'.

Solùm Α'ΠΟ' donat *Ab*, *Ex*, *Pręter*, *Procul*, *Aquè* Secundo:

E' μφαίνει, Priuat, compositumquè Negat.

17 Υ'ΠΟ'.

Vult Υ'ΠΟ' significans *A*, *Sub*, *Per*, *Apudquè* Secundum:

Tertius, & Quartus *Sub* modò ferre solent.

18 Υ'ΠΕ'Ρ.

Fert Υ'ΠΕ'Ρ Auxilium in *Pro*, *De*, *Super*, apta Secundo:

Supra, *Plus*, *Pręter* Quartus: itemquè *silet*.

GLOSSA

1 *E'ν Prępositio cum Datiuo significat* In, *ut* ἐν παιδοτρίβῳ *in schola*, ἐν παιδὶ *in pueritia*: Per *in sacris literis*, *ut* ἐν ὑῷ ἡμῖν ἐλάλησε *per filium nobis loquutus est*. Hebr. c. 1.

Inter, *ut* ἐν τούτῳ *inter hęc*.

Κατ᾽ ἔλλειψιν, *ideſt per defectum (intellige Datiui ſubſtantiui) iungitur genitiuo, qui ab ipſo tacito ſubſtantiuo regitur: vt* ἐν Ἀρτέμιδος *(ſubaudi* ἱερῷ *tēplo) in Dianę:* ἐν ἁγίου Παύλου *(ſubaudi* ἐπιστολαῖς *epiſtolis) in Diui Pauli.*

Proſtheſis

ἐν *aliquando cum ſuo caſu pro aduerbio ſumitur,* ἐν οἷς *quamobrem* : ἐν δέοντι *opportunè*: ἐν μέρει *viciſſim, ſigillatim*: ἐν ἀκαρεῖ *ſubitò, momentò*: ἐν βραχεῖ *paucis, in ſumma*: ἐν ὀλίγῳ *ſummatim*: ἐν κύκλῳ *circùm, vndiquè, in vniuerſum, nullo pretermiſſo*: ἐν παραβύστῳ *latenter* : ἐν παρόδῳ *obiter* : ἐν τούτῳ *interea* : ἐν ᾧ *quando*: ἐν τῷ παρόντι *in preſentiarum*: ἐν τούτῳ, ἐν τῷ δὲ *interea*.

Gloſſa

2 Εἰς *Communiter, vel* Ἐς *Atticè Accuſatiuo iuncta ſignificat*

Ad, *vt* εἰς οἰκίαν ἦλθε διδασκάλου *ad domum venit preceptoris*.

In, *vt* εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθέζομαι *in concione ſedeo*: εἰς τὸν δῆμον κακὸς *in populū improbus*:

Per, *vt* εἰς ἐνιαυτὸν τέλειον *per annū integrum*:

Ob, *vt* εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖν τινα *ob ignobilitatem mordere aliquem*:

Vſ-

Vſquè ad, *ut* εἰς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι *ad ętatem uſquè meam erant domus.*

Apud, *ut* εἰς βελτίονας μνηθῆναι *apud meliores mentionem habere.*

Κατ' ἔλλειψιν *ideſt per defectum* (*ſubaudi accuſatiui ſubſtantiui*) *iungitur etiam genitiuo, ut* εἰς Ἀρτέμιδος (*ſub audi* ἱερὸν *templũ*) *ad Dianę.*

Proſtheſis

εἰς *prępoſitione utendum eſt maximè in rebus inanimatis: in rebus autem animatis plerumquè utendum* πρὸς; *de qua infrà.*

Vtimur εἰς *in laudem, uel uituperationem: ut* ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα *hymnus in laudẽ Apollinis.*

Ponitur interdum cum ſuo caſu aduerbialiter: ut εἰς τοῦτο *hactenus*, εἰς τὸ φανερὸν *apertè*, εἰς τοὐμφανὲς (*pro* τὸ ἐμφανές) *in propatulum*, εἰς τοὐνδεχόμενον *pro viribus*, εἰς τὸ δυνατὸν *pro uiribus*, εἰς τὸ παρὸν *in pręſens*, εἰς τάχος *breui*, εἰς μέγα *ualde*, εἰς μακρὰν *diù procul*, εἰς τὰ μάλιστα *maximè præſertim*, εἰς τί; *cur? ad quid?* εἰς δύναμιν *quoad fieri poteſt*. εἰς καλὸν *bellè commodè*, εἰς ὅσον *quamdiù*, εἰς τὸ ἅπαξ *ſimpliciter omninò etc.*

Gloſſa

3 Ἐξ *ante nomen à Vocali cœptum*, Ἐκ *autem à Conſonante, cum Genitiuo iunctæ ſignificant*

Ex,

Ex, *ut* ἐξ ἀπραξίας πράγμα *ex ocio negotium*: ἐκ θυμȣ̃ φιλεῖν *ex animo amare*:

Per, *ut* ἐκ τῶν ὅπλων *per arma, seu ui armorum*: ἐξ ἁμαρτίας ὁ θάνατος ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον *per peccatum mors uenit in mundum*.

Ab, *ut* ἐξ αἰῶνος *ab æterno*, ἐξ ἀρχῆς *à principio*: ἐκ φύσεως δοθεὶς *à natura datus*, ἐκ πρώτης ἡλικίας *ab adolescentia*:

Ob, *ut paulò superiùs in* Per:

Prosthesis

Ἐξ, Ἐκ *cum suo casu interdum aduerbialiter ponitur: Vt* ἐκ προαιρέσεως, ἐκ προνοίας *consultò*: ἐκ παλαιȣ̃ *olim*: ἐκ τȣ̃, ἐξ ὧν *propterea quod, eò quòd*: ἐξ ȣ̃, ἐξ ὅτȣ, ἐξ ὅσȣ (*subaudi* χρόνȣ) *postquàm*: ἐκ τȣ́τȣ *ex hoc tempore*: ἐκ πολλȣ̃ ἤδη *iam pridem* (*Vbi cum aduerbio* ἤδη olim quondam *quasi cum substantiuo construitur adiectiuum* πολλȣ̃).

Glossa

4 Σὺν *Communiter*, Ξὺν *Atticè Datiuum regens significat, Cum, tàm de ope, quàm de societate, et comitatu. De ope: Vt* σὺν θεοῖς *cum Dijs, Deorum fauore, Dijs exoratis. De societate, vt* σὺν δορὶ *unà cum hasta.*

Σὺν χρόνῳ *aliquanto tẽpore, ad tẽpus, tandẽ*

Glos-

Glossa

s Πρὸς *cum genitiuo significat*

Per, *ut* πρὸς τοῦ Διὸς *per Iouem (uim habet iurantis)* πρὸς τῶν Θεῶν *per Deos (uim habet obsecrantis).*

Ab *uel* A *(motus à persona)* πρὸς Θεοῦ τ' ἀγαθὰ *A Deo bona: (origo)* πρὸς μητρὸς γένος *genus à matre:*

Est *pro* interest, *ut* πρὸς ἡμῶν ἐστὶν *nostrum est, uel nostra interest:*

Coram, *ut* πρὸς Θεοῦ *coram Deo.*

Datiuo copulata significat

Prope, *ut* πρὸς τοῖς ποσὶν *prope pedes: uel*

Ad, πρὸς τοῖς ποσὶν *ad pedes.*

In, *ut* παιδία πρὸς ταῖς ἀγκάλαις κομίζουσαι *pueros in ulnis tenentes:*

Accusatiuum uerò assumens significat

Ad, *motum ad rem maximè animatam (sic ferè distinguitur ab* εἰς, *ut sup. diximus num. 2. in Prosth.) ut* πρὸς σὲ ἔρχομαι *ad te uenio:*

Εἰς, *idest motum aliquando ad res inanimatas* πορεύομαι πρὸς τὸ ἀρχεῖον *uado ad curiam:*

Pro, *ut* πρὸς ἀξίωμα *pro dignitate:* πρὸς θυμοῦ *pro animi sententia.*

Sub, *ut* πρὸς τὴν νύκτα *sub noctem:*

Versus *uel* erga, *ut* εὐσέβεια πρὸς τὸν θεὸν *religio in Deum:* In,

In, *ut* πρὸς τὸ παρὸν *in presenti, in re ipsa*: αἱ πρὸς θεὸν ἁμαρτίαι *peccata in Deum*.
Ante, *ut* πρὸς τὤγαλμα ἵςα *ante simulacrum stabat*:
Penes, *ut* πρὸς ἡμᾶς ἐςὶ *penes nos est, in nobis situm est*.

Prosthesis

Πρὸς *cum genitiuo elegantes efficit locutiones*: *ut* πρὸς τρόπȣ ἐςὶ μοὶ *est mihi conueniens*: πρὸς τινὸς εἶναι *studere, uel fauere alicui, esse ab illo, idest ipsum tueri*: *sicut Latinè etiam apud Tullium, A reo dicere, à causa bonorum stare*.
Dicitur etiam πρὸς κακȣ̃ ὂν *incommodum*:
πρός κακȣ̃ γίνεται *nocet*.
οἱ πρὸς αἵματος *consanguinei* (quasi *qui sunt ex sanguine*)
πρὸς ἐμȣ̃ *uel* ἐμὲ (*in accus.*) *quantũ ad me attinet*:
πρὸς ἡμῶν ἐςὶ *pro nobis est, nostrarũ est partiũ*:
Cum Datiuo etiam peruenustè dicimus
πρὸς τȣ́τῳ εἰμὶ *huic rei seruio, deditus sum*.
Cum accusatiuo πρὸς ἔχθραν *odij causa*:
ἡ πρὸς ἡμᾶς φιλία *amicitia, quę inter nos est*:
πρὸς ἄλλον ζῆν *alterius arbitrio et more uiuere*:
Pro comparatione, πρὸς ταῦτα *ad hæc, præ his*,
uel,

uel, si cum his comparentur:
πρὸς ὀλίγον *parumper:* πρὸς, *uel* πρὸς γε *(sine casu) præterea:* εἴκοσι, καὶ πρὸς *uiginti et amplius:* τὸ πρὸς τι *comparatio (quasi quod est ad aliquid):* πρὸς αὐτὸν αὐτὰ ς *sibi conuenienter:* πρός τὸ δοκοῦν *prout uisum fuerit:* πρὸς τὸ προσῆκον *prout unicuiquè conueniens est:*

Glossa

6 Πρὸ *semper cum genitiuo, significat*
Ante, *ut* πρὸ νίκης θρίαμβος *ante uictoriam triumphus:*
Pro *et* Præ, *ut* πρὸ θυρῶν *pro foribus: et pre foribus:*
Eadem*que extra compositionem, et in compositione significatio ut* προαγγέλλω *prænuncio etc. Sed de huius Præpositionis atq; etiã aliarũ compositione trademus (fauentibus Superis) alio Volumine, quod nunc quidem urgemus.*

Prosthesis

Hinc illæ locutiones: πρὸ δούλου δεσπότης *præstat seruo dominus:*
πρὸ ἔργου, *siue* προὔργου *quod est operæ pretium, et conducibile, et præuertendum.*
πρὸ ὁδοῦ *sicut* πρὸ ἔργου: *Item promptum, et obuium:*
πρὸ ὀλίγου *paulò ante.*

Glos-

Glossa

7 Ἀνὰ *cum Accusatiuo significat* Per: *ut* ἀνὰ ὅλον χρόνον *per omne tempus.*

Cum datiuo Poeticè fere constructum, significat

In, *ut* ἀνὰ μέσῳ *in medio:*

Σὺν, *ut* χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ *aureo cum sceptro.*

In compositione ualet Sursū *ut* ἀναβαίνω *ascendo, succresco:*

Item Re, *ut* ἀνίημι *remitto, resoluo.*

Prosthesis

Pro distributione usitatum est ἀνὰ μέρος *partim, seu in partem:*

ἀνὰ πᾶν ἔτος *quotannis, seu per singulos annos:*

ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον *acceperūt singuli denariū.*

Glossa

8 Κατὰ *cum genitiuo ualet*

De, *ut* κατὰ παντὸς εἰπεῖν *de omni re dicere:*

Per, *ut* κατὰ Θεῶν *per Deos (est iurādi forma):*

Sub, *ut* κατὰ γῆς ἀποπέμπειν *sub terrā mittere:*

Ab (*poet*) *ut* κατ' Ὀλύμποιο καρήνων *ab Olympi uerticibus:*

Ex, *uel* E, *ut* κατὰ τείχεος ῥίπτω *è muro præcipito:*

Super, *ut* κατὰ πετρῶν σπείρεις *super saxa tu seminas.*

Εἰς,

Εἰς, in, *vt* κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ κατέχεε *in caput illius effudit*:

Ἀπὸ *id est* ab, de (*poet.*) *ut* κατ᾽ οὐρανοῦ *de cælo*:

Contra, *vt* κατ᾽ Αἰσχίνου λόγος *in Aeschinem oratio*, κατὰ δικαιώματος *contra ius*.

Cum datiuo etiam valet

Ad: *vt* κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγένηται ὁ ἄνθρωπος *ad imaginem Dei factus est homo*:

Iuxta, *vel* secundum: *vt* κατὰ λόγον *secũdùm rationem*:

Circa: *vt* καθ᾽ ὁδὸν ταῦτα ἐποίουν *circa viam hæc faciebant*.

Tempora: *vt* καθ᾽ ἡμᾶς τοῦτο γέγονε *nostris temporibus id factum est*.

Prosthesis

Aduerbialiter sumitur κατὰ *cum suo casu*: *Vt* κατὰ παντὸς *in vniuersum*, *id est de omnibus*: καθ᾽ ὅ *secundùm quòd, cuius causa*: κατὰ πρόσωπον *coràm, in faciem, in conspectu omniũ*: κατὰ τὰ αὐτὰ *eodem modo*: κατ᾽ ἔτος *annuatim*: κατ᾽ ἄμφω *vtrinquè*: κατ᾽ ἄνδρα *viritim*: κατ᾽ ὀλίγον *paulatim*: κατὰ μέρος *uicissim, sigillatim*.

Hinc illæ loquendi formulæ: καθ᾽ ἑαυτοῦ μέρος *secundùm suam partem, quantùm in se fuit*: κατὰ τὴν ἐμὴν *pro mea sententia*: κατ᾽ αὐτὸ

eodem tempore: καθ' ἑαυτὸν secum ipse solus: κατ' ἐμὲ pro meis uiribus: κατὰ Θεὸν instinctu diuino, diuinitùs: κατὰ τύχην fortè fortuna.

Glossa

9 Διὰ cum genitiuo hęc exprimit

Per, ut διὰ πυρὸς, καὶ μαχαιρῶν per ignem, & enses:

Post: ut δι' ἔτους τρίτου post annum tertium:

Ex, ut δι' ἀλφίτου πεποιημένος ex farina compositus:

Inter, ut διὰ πάντων θέας ἄξιος inter omnia dignus spectatione.

Cum accusatiuo sibi uult

Propter, ut διὰ σὲ ταῦτα ποιῶ propter te hac facio.

Per, ut δι' ἄγνοιαν παρενόμησα per ignorantiam uiolaui legem:

Dis in compositione, ut διαρπᾶν diuidere. Sed de compositione alibi fusiùs.

Prosthesis

Aduerbiales fiunt illæ locutiones διὰ μακροῦ, διὰ πολλοῦ (subintellige χρόνου) diù; multo pòst, idest longo tempore: sic etiam διὰ χρόνου: λέγειν διὰ πλιόνων dicere pluribus, (subaudi uerbis) λέγειν διὰ βραχιόνων, uel διὰ βραχέων dicere paucis: δι' ἡμέρας interdiù, per diem: διὰ τέλους

con-

continuè assiduè.

Eleganter item usurpatur διὰ βίου *per totā uitam:* δι' αἰῶνος *per totum æuum: unde* ἡ δι' αἰῶνος σωτηρία *sempiterna salus:* διὰ ἐμέ γε *quantum in me est.*

Glossa

10 Μετὰ *cum Accusatiuo significat*

Post, *ut* μετὰ τὴν ἑορτὴν *post festum:*

Ἐν in, *ut* μετὰ χεῖρας εἶχεν *in manibus habuit:*

Εἰς in, *ut* μετὰ νείκεα με βάλλει *in iurgia me conijcit:*

Datiuo interdum adherens significat

Cum, *ut* μετὰ σφίσι ἀρθμὸν ἔθεντο *cum ipsis amicitiam fecerunt.*

Ἐν in, *ut* μετὰ πᾶσιν Ἀργείοισι *in oībus Argiuis:*

Per, *ut* μετὰ χερσὶν *per manus:*

Ad, *ut* μετὰ τοῖσι γενέσθω *ad illa accedat.*

Inter, *ut* μετὰ Κρήτεσσι τετύγμην *inter Cretenses eram.*

Genitiuo iuncta sumitur pro

Cum, *ut* ἡδὺς μετὰ φίλων ὁ βίος *suauis cum amicis uita:*

Ad, *ut* μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι *ad se exercēdū:* μετὰ τῆς αἰτήσεως τῆς συμμαχίας *ad poscendam societatem:*

Ἐν, *uel* Διὰ: *ut* μεθ' ὅπλων *in armis, uel inter arma.*

 Glos-

Glossa

11 Παρὰ cũ genitiuo significat motũ expressũ per A, ut παρὰ Θεῦ τ᾽ ἀγαθὰ à Deo bona: παρ᾽ ἐμῦ δῦναι de meo dare.

Cum datiuo autem, rei ferè animatæ, significat

Apud, *ut* παρ᾽ ἐμοὶ *apud me*:

Iuxta, *ut* ὁ κύων παρ᾽ ἐντέροις *canis iuxta intestina*.

Cum accusatiuo redditur per

Præter, *ut* παρὰ γνώμην *preter opinionem*:

Ad, *ut* παρὰ σὲ ἔρχομαι *ad te uenio*:

In, *ut* παρ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν *in re presenti, in presentiarum*:

Propter, *ut* παρὰ τί *propter quid, quamobrem*:

Trans, *uel* Vltra, *seu* Supra: *ut* ὡραῖος παρὰ τῦς ὑῦς τῶν ἀνθρώπων *speciosus forma supra filios hominum*:

Prope, *ut* τὴν πορφύραν παρὰ πορφύραν *purpuram prope purpuram*:

Ab, *ut* παρ᾽ ὅλον τὸν βίον *à tota uita, uel per totam uitam*:

Ob, *sicut sup. dictum est* Propter.

Prosthesis

Prepositiones motum, à, significantes sunt ἀπὸ, ἐξ, παρὰ, πρὸς: *sed due priores motui à loco congruunt: posteriores autem motui à persona.*

Παρὰ

Παρὰ *cum accus. quandoq; intermissionem significat: ut* ἔτος παρ' ἔτος *alternis annis: item* παρ' ἔτος *alternis annis:* παρὰ μῆνα *alternis mensibus:* παρ' ἡμέραν *alternis diebus:* παρὰ μέρος *uicissim, alternis uicibus: Et* παρὰ μίαν ἡμέραν *alternis diebus (& num. plur.)* παρ' ἡμέρας πέντε *quinto quoq; die:* παρ' ἡμέρας ἑπτὰ *septimo quoq; die &c. Item* παρὰ τρίτην ἡμέραν *tertia quoq; die, idest dierum singulorum interuallo: Extra tempus etiam de aliarum rerum intermissione: ut* παρ' ἕνα χορεύονται *alternatim ducunt choreas.*

Interdum refertur ad idem tempus: ut παρὰ τὸ δεῖπνον *tempore cœnæ, inter cœnandum.*

Aduerbialiter dicimus παρ' ὅσον, *uel* παρ' ὅσα *uel* παρ' ὃ *quatenus, quoniam:* παρ' οὐδὲν *pro nihilo:* παρὰ πολὺ *pro multo, & pro modico: &* παρὰ τοσοῦτον *tàm multùm, & tàm parùm.*

Glossa

12 Ἀντὶ *cum genitiuo sonat*

Pro *seu* loco, vice, *ut* πρόθεσις ἀντὶ τοῦ ἐπιρρήματος τεθεῖσα *præpositio pro aduerbio posita: seu loco, seu vice aduerbij p sita.*

Contra, *ut* ἀντὶ σοῦ *contra te: etiam pro te:*

In compositione significat

Pro, *ut* ἀντίχαρις *retributio p accepto beneficio:*

Par *apud antiquos : item* Contra : *ut* ἀντίθεος *æquiparandus Deo, & contrarius Deo.*

Prosthesis

Dicimus etiã ἀντ' ἡμέρας (*in genit.*) *p totum diẽ.*

Aduerbialiter sumimus ἀνθ' ὧν *&* ἀνθ' ὅτε *quare, quamobrem, eò quòd, propterea quòd, p eo quòd.*

Glossa

13 Ἐπὶ *cum Genitiuo significat*

Sub, *ut* ἐπὶ Ἀλεξάνδρε *sub Alexandro, pro* τῦ ἄρχοντος, *idest Alexandro Principe:*

Penes, *ut* ἐπὶ τῦ δήμε ἔσω *penes populum esto*

In *cum statu, ut* ὀρχέμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων *saltans in theatris: Et cum motu Atticè: ut* ἐπὶ σκοπῦ τοξεύειν *in scopum iaculari:* ἐπ' οἴκε ἀπῆλθον *in domum abij.*

Per, *ut* ἐπὶ σχολῆς *per otium:*

De, *ut* ἐπὶ τῶν φονικῶν καθεστῶτες *de cæde Iudices constituti:*

Super, *ut* ἐφ' ἵππε χρυσοχαλίνε *super equo aureum frenum habente:*

Ante, *ut* ἐπὶ θυρέων *ante fores:*

Cum Datiuo autem sonat

In, *ut* ἐπὶ τῷ Βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων *in arbitrio Regis sunt res subditorum: Et (pro contra)* ἐπὶ τῷ δήμῳ *in populum.*

Pro, *ut* ἐπὶ μισθῷ *pro mercede:*

Post,

Post, *ut* ἐπὶ τούτοις πολλ' ἕτερα διεξήει *post hæc, multa alia narrabat.*

Cum Accusatiuo demum hæc valet

Ad *cum motu, ut* ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα ὁ κύων *ad proprium uomitum canis:*

Ob, *ut* ἐπ' ἀργύριον πρὸς μὲ ἦλθες *ob argentum (uel argenti causa) ad me uenisti:*

Super, *ut* ἰέναι ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν *iter habere super terram:*

In, *ut* ἐπ' οἶκον ἦλθον *in domum ueni. Et (pro contra) ut* ἐπὶ τὸν δῆμον *in populum.*

Proithesis

Ἐπὶ *cum genit. officiũ exprimit, ut* ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν *Ab epistolis. Repete quæ tradidimus lib. 2. theor. 5. com. 1. de Præposit.*

Cum Dat. accessionem significat, ut νεκροὶ τετρακόσιοι ἐπὶ μυρίοις *mortui quadringenti supra decies mille. Pactum quoquè, et conditionem ut* ἐπὶ ἴσῃ, καὶ ὁμοίᾳ *æqua conditione.*

Cum Accus. uel Genit. importat tempus, ut ἐπ' ἐμοῦ *tempore meo, mea ętate:* ἐπὶ κυνὶ *tempore caniculæ.*

Aduerbialiter sumitur: ut ἐπὶ χρόνου *aliquandiù,* ἐπὶ τέλει *nouissimè,* ἐπὶ πᾶσι *deniq; postremò,* ἐπὶ τὸ πλεῖστον *plerunq; plurimùm,* ἐπὶ τὸ πολὺ *magna ex parte,* ἐφ' ὅσον *uel* ἐφ' ὅσα *(Atticè) qua-*

quatenus, ἐφ' ὃ *secundum quod*, *cuius causa*: ἐφ' ᾧ, *uel* ἐφ' ᾧτε (*Ionicè*) *quamobrem*.

Sed ἐφ' ᾧ *uariè constructum*, *uaria significat*. *Cũ præterito perfecto uel indefinito Indicatiui sonat* quare: *ut* ἐφ' ᾧ ἔγραψεν *quare scripsit*: *Cũ futuro*, eò vt: *ut* ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιεῖται *eò ut viros accipiat*: *Cum Infinitiui præsẽti*, *præterito*, *& futuro* ad, vt. *Dicitur &* ἐφ' οἷς *in eo quod*, *pro eo quod*.

Glossa

14 Περὶ *cum genitiuo pro his accipitur*

De, *vt* περὶ τῶν ἀνθρώπων *de hominibus* (*est particula memoratiua*.

Præ, *vt* περὶ πάντων *præ omnibus* [*est comparationis*, *& excellentiæ*:

Pro, *vt* περὶ σοῦ μάχομαι *pro te pugno*:

Circùm, *vt* περὶ τοῦ σπέιεος *circa speluncam*.

Cum datiuo hæc refert,

Ex, *vt* ὃν περὶ κῆρι φίλει *quem ex animo diligebat*:

Pro, *vt* περὶ τῇ Πελοποννήσῳ δειμαίνω *pro Peloponneso sum solicitus*:

Cum accusatiuo sic refert

Circiter, *vt* περὶ τρίτην ὥραν *circiter tertiam horam*

In, *vt* περὶ τὸν δεξάμενον κακὸς γενόμενος *in*

eum,

eum, à quo exceptus fuit, ingratus: χρυσὸς περὶ ἡμᾶς ἀνὴρ *benignus erga nos uir.*

Circum, *ut* ἡ ἀνδρεία περὶ τὰ φοβερὰ *fortitudo circa terribilia (subintellige) uersatur.*

Prosthesis

Apud Poetas Περὶ *cum genitiuo sumitur etiam pro* Circum, *relatum non tàm ad locum, ut in exemplo superiori: quàm ad materiam: ut* περὶ πολέμου βουλευόμεθα *de bello [uel circa bellum] consultamus.*

Sumitur, & pro ἕνεκα *gratia causa: ut* ἑλκόμενος περὶ πραγματίου *distractus negotioli causa.*

Cum genitiuo, & simul Verbo ποιέω *æstimationẽ exprimit: ut* περὶ πολλοῦ ἂν ποιησάμην *magni facerem:* περὶ οὐδενὸς ποιεῖσθαι *nihili facere: Præsertim in Comparatione: ut* περὶ πλείονος σὲ ποιέω ἐκείνου *pluris te facio, quàm illum:* περὶ ἐλάττονος σε ποιέω ἐκείνου *minoris te facio quàm illum: seu: contemno te præ illo.*

Interdum cũ Verbo substantiuo copulatur: ut περὶ πολλοῦ ἡμῖν τυγχάνει ὢν *magni fit apud nos.*

Glossa

25 Ἀμφί *genitiuo seruiens significat*

De, *ut* ὁ λόγος ἀμφὶ ἀστέρων *sermo de cælo:*

Etiam datiuo, sed poeticè: ut ἀμφ' ἐμοὶ *de me.*

Vtrique casui, ac preterea accusatiuo, valet

Circa, Circum, *ut* ἀμφὶ τῆς πόλιος οἰκοῦσι *circa urbem habitant*: ἀμφὶ σοὶ *circum te*: ἀμφὶ τὸν κάμινον *circa fornacem*:

Accusatiuo iuncta, significat etiam

Circiter *seu* fermè, *ut* ἡμέρα ἤδη ἀμφὶ τὸ λυκαυγές *diluculum fermè est*:

De, *ut* ἀμφὶ τὰς συνθήκας *de fœdere*.

Prosthesis

Aliquando cum datiuo significat Pro: *ut* ἀμφ' αὐτῷ *pro illo, illius causa*.

Præcedente articulo præpositiuo numeri plur. et subsequente accusatiuo singul. nominis Proprij sumitur Atticè loco nominis ipsius Proprij in num. sing. ut οἱ ἀμφὶ Πρίαμον *pro* ὁ Πρίαμος *Priamus. Sed repete super hac re librum 2. theor. 5. com. 1. sub finem.*

Hac tamen formula interdum exprimit comites, uel socios illius, cuius proprium nomen affertur: ut οἱ ἀμφὶ τὸν ἅγιον Παῦλον *comites* * *Sancti Pauli, eius socij, sectatores: Quem titulum iactare meritò potest Congregatio mea, quæ Clericorum Regularium Diui Pauli nuncupatur: eius nimirum Apostoli clientelam peculiarem adepta, cælestem sectata doctrinam, traducendorum ad Christum animorum*

morum institutum, ac studium exemplo, sermone, officijs charitatis amplexa.

Glossa

16 Ἀπὸ *cum genitiuo solùm constructa significat* Ab, *ut* ἀπὸ τῆς πόλεως *ab urbe*: ἀπ' Ἀθηνῶν *Athenis* [*motū à loco*] ἀπ' οἴκου εἶναι *domo abesse*:

Ex, *ut* ἀπὸ πολέμου ἐφθάρησαν *ex bello attriti sunt*:

Præter, *ut* ἀπὸ τοῦ σκοποῦ *præter intentionē, præter propositum, & consilium*:

Procul, *ut* ἀπὸ τῆς πατρίδος *procul à patria*:

A, *seu* Post, *ut* ἀπὸ δείπνου *à cęna, post cęnā*. *In compositione verò tria efficit. 1.* Ἐμφαίνει, *idest repræsentat magis rem, adiuncta emphasi: 2. priuat, ut* μανθάνω *disco*, ἀπομανθάνω *dedisco: 3. negat, ut* ἀγορεύω *dico*, ἀπαγορεύω *denego*.

Prosthesis

Hoc interest inter ἀπὸ, παρὰ, *&* ὑπὸ: *quòd* ἀπὸ *cum inanimatis iungitur: reliquę duæ cum animatis, quanquàm non semper.*

Aduerbialiter ponitur, ut ἄποθεν *procul*, ἀφ' οὗ *ex quo*, ἀφ' ἐὰν *propterea*, ἀπ' ἄρτι *post hoc, ex hoc tempore*: ἀπ' ἐκείνου *iam, tùm, ex illo tempore*; ἀπὸ μέρος *aliquantulùm, ex parte*: ἀπὸ

τότε ex eo tēpore, ἀπὸ ταυτομάτε ultrò, ἀπὸ τύχης fortuito, ἀπ' ἄρτι amodo.

Interdum abundat in oratione, ut ἀπὸ νόσφιν (pro νόσφιν) sine, seorsim: ἀπ' ἐρανόθεν (pro ἐρανόθεν) cælitus.

Vsurpatur pulchrè ἀπὸ τὸ σόματος εἰπεῖν, ἀπὸ γλώττης εἰπεῖν memoriter recitare. ἀπὸ τρόπε alienum ab honestis moribus: cui opponitur πρὸ τρόπε: sicut Latinè è re, & ab re opponuntur.

Glossa

17 Ὑπὸ cum genitiuo sonat

A, ut φιλεῖται ὑπὸ τῦ διδασκάλε amatur à præceptore.

Sub, ut ὑπὸ κόλπε τὰς χεῖρας ἔχειν sub sinu habere manus:

Per, ut ὑπὸ κήρυκος προηγόρευσε τοῖσιν Ἴωσιν per pracones edixit Ionibus:

Apud, vt ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐν μεγάλῳ ὢν ἀξιώματι quùm apud Grecos in magna esset ueneratione:

Cum datiuo, et accusatiuo ferè significat

Sub (tempus) ut ὑπ' ἠῶ sub auroram: (locum) κοῖτῃ ὑπὸ πέτρῃ cauo sub saxo: [subiectionē] ὑπὸ δεσπότῃ μένω sub domino maneo, ideft subiectus domino, sub eius imperio: ὑφ' ἑαυ-

τὰς ποιοῦνται *sibi subijciunt*,

Prosthesis

Interdum ὑπὸ *causam significat propter quam*: *ut* ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχολίας, οὐδὲν τῶν οἰκείων πρᾶξαι σχολή μοι γέγονε *propter hanc occupationē nihil rei familiaris agere mihi licuit*.

Nonnunquam sonat cum, *ut* ὑπὸ φωτὶ πολλῷ προῄει *cum lumine multo procedebat*.

Glossa

18 Ὑπὲρ *cum genitiuo significat*

auxilium *in*, Pro, *ut* ὑπὲρ Κτησιφῶντος ὁ λόγος *pro Ctesiphonte oratio*: ὑπὲρ ἡμῶν πρέσβευε *pro nobis intercede*, ὑπὲρ ἡμῶν προσεύχε *pro nobis ora*:

De, *ut* ὑπὲρ ἧς διαλέξομαι ἐν οἰκείῳ τόπῳ *de qua disseram suo loco*:

Super, *ut* ὑπὲρ τῆς γῆς *super terram*:

Cum accusatiuo autem

supra, *ut* τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς *ea quę sunt supra nos uel supra nostrum captum*:

Plus, *ut* ὑπὲρ ἡμᾶς λέγεται *plus dicitur, quàm capi à nobis queat*.

Præter, *ut* ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐγχεόμενον λέγειν *pręter aquam effusam orare (tractum à more forensi, Oratores enim dicebant per totum id tempus, quo effundebatur aqua è clepsydra*:

qua effusa imponebatur iis silentium.)

Silet interdum, hoc est subauditur ὑπὲρ ante casum, ut ὧν ἔπαθεν, ὀργὴν ἔχει (ὧν, pro ὑπὲρ ὧν) pro his, quę passus est, iracundiam habet.

Prosthesis

De Pręposítionibus generatim

Non rarò subauditur Pręposítio ante casum, ut proximè adnotauimus in ὑπὲρ §. Silet. Pręterea vbicunq; ponitur δυοῖν θάτερον: ut μὴ αἴτει μεγάλα, ἵνα δυοῖν θάτερον, ἢ τυγχάνων etc. pro διὰ, vel κατὰ δυοῖν θάτερον ne per alterũ horum, aut etc.

Poetæ sæpiùs composita ex præpositionibus verba dissoluunt: ut pro ἐξεγέλασα δὲ, dicunt ἐκ δ' ἐγέλασα (interposita dictione δὲ) aliquando pluribus interpositis: ut οἱ κατὰ βοῦς ὑπερίονος ἠελίοιο ἤσθιον pro κατήσθιον etc. Contrà vero sępe componunt dissolutas, ut pro κοιρανέουσι κατ' ἰθάκην dicunt ἰθάκην κατακοιρανέουσι.

Pręposítio suo casui sępe postponitur. Monosyllaba quidem apud Poetas etiam in fine carminis, ut occurrentibus exemplis patebit. Dissyllaba uerò etiam apud alios solutę orationis Scriptores, qui in penultimam retrahunt accentum acutum, pręter διὰ, et ἀνὰ. Eximuntur à postpositione ἀντὶ, ἀμφὶ, et vbi additur, ι,

ut κατὰ, παρὰ, ὑπὲρ. *Quando* ἐν *assumit*, ι, *inuertitur tàm in stricta, quàm in soluta oratione, ut et aliæ disyllabæ prępositiones.*

De regimine Aduerbij

THEOREMA VIII.

COMMA I.

Ista libenter habent genitiuū Aduerbia post se.
Temporis, & Numeri, Causæ, Similisq; Lociq;
Ordinis, & quæ Seiungunt, Cælantq;, quibusq;
Copia profertur, nec non Exceptio, & Ira,
Quæq; à nominibus patrium formantibus orta.

Glossa

Aduerbia, quæ genitiuo seruiunt, sunt hæc

Temporis, ut πρωὶ *intempestiuè*, πρωὶ τῆς ἡμέρας *diluculo diei, matutino tempore*: ὀψὲ *serò*, ὀψὲ τῆς ἡμέρας *inclinante die*. ὀψὲ τῆς ἡλικίας *ętate vergente*: εὐθὺς *statim*, εὐθὺς τοῦ ἀρίστου *statim à prandio*.

Numeri, vt ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ *semel in anno*:

Causæ, vt ἕνεκα τῆς ἀληθείας *propter veritatem*: ἕκατι τοῦ κέρδους *lucri causa*: χάριν σοῦ *tui gratia* (*Atticè cum accus.* χάριν σε).

Similitudinis, ut δίκην οὐρανοῦ *instar Cęli*.

Loci, vt πρόσθε θυρῶν *ante fores*: κατόπιν ἐνιαυτοῦ *post illum annum, vel subsequente anno*: κατόπιν ἡμέρας *postridie*: ἔξω τῆς πόλεως *extra ciui-*

ciuitatem: πλησίον, *uel* ἐγγὺς τοῦ οἴκου *prope domum*: εὐθὺ τῆς πόλεως *recta ad urbem*.

Ordinis, ut ἐχομένως τούτων *post hęc*.

Separationis, ut χωρὶς τῶν ἄλλων *separatim ab alijs*: ἀπάνευθε πόνων *sine labore*:

Celandi, ut λάθρα τῶν ἄλλων *clam alijs*.

Copię, ut ἅλις τοῦ ἁλὸς *sat salis*.

Exceptionis, ut παρεκτὸς τῶν χρημάτων *excepta pecunia, uel præter pecuniam*.

Iræ, seu Indignationis, ut φεῦ τοῦ λόγου; *Papę quid audio?*

Quæ deriuantur ex Nominum plurali genitiuo, ut ἀξίως τῶν προγόνων *dignè maioribus*.

Hùc spectant deducta à Comparatiuis, et Superlatiuis, ut μᾶλλον τῆς φύσεως *magis quàm natura ferat*: μάλιστα πάντων *maximè omnium*.

COMMA II.

Cum Recto, aut Quarto iunges, quæ Aduerbia monstrant.
Sed quæ sparsa gregant, casum petiere datiuum,
Et quorum pariter dandi sibi Nomina casum
primæua exoptant ὁμοφώνως indicat ἄλλοις:
Nonnulla vtriuis, Patrio, Ternouè ministrant.
Sed quæ Iurandi sunt, Quartū assumere poscunt.
Exclamantis at ὦ, Mirantis, siue Vocantis

ex-

excepto terno, casus sibi subijcit omnes.
Inuocat in Patrio Græcus, casuquè Vocandi.
Φεῦ, οἴμοι patrium: rectum quoq; postulat οἴμοι.
Ἔλλειψις casum solum non rara relinquit.

Glossa

Aduerbia Demonstrandi nominatiuo, vel accusatiuo hærent, ut ἴδε ὁ ἄνθρωπος, *uel* ἴδε τὸν ἄνθρωπον *ecce homo.*

Congregandi datiuo, ut ἅμα τοῖς ἄλλοις *simul cum alijs:*

Etiam illa, quę fiunt à nominibus datiuum regentibus, ut ὁμοφώνως τοῖς ἄλλοις *conuenienter alijs:*

Nonnulla Genitiuo, uel Datiuo seruiunt: ut πλησίον σου, *uel* σοι *prope te.*

Aduerbia Iurandi, accusatiuo, ut μὰ τὸν Ἀπόλλω *non per Apollinem,* νὴ τὸν Δία *ita per Iouem:*

Aduerbium ὦ *exclamantis, admirantis, & uocantis, quale est* o *Latinum, seruit omnibus casibus, prętęrquam datiuo. Nominatiuo, ut* ὦ λόγος ἄξιος *o digna oratio: genitiuo, ut* ὦ τῆς ἀναισχυντίας *o impudentiam: accusatiuo, ut* ὦ ἐμὲ δειλὰν *o me miseram: uocatiuo, ut* ὦ Ζεῦ τί λέξω; *o Iupiter quid dicam?*

Inuocatio uocatiuo, & genitiuo effertur, ut ὦ Θεοὶ τῆς συμφορᾶς *o Dij rem calamitosam: Vo-*

catiuus

catiuus autem uertitur aliquando in genitiuum cum prepositione πρὸς, *ut* ὦ πρὸς τῶν Θεῶν τῆς συμφορᾶς

Φεῦ heu, & οἴμοι hei mihi *cum genitiuo, ut* φεῦ τῆς ἀτιμίας *heu ignominiam*: οἴμοι τῶν ἀγρῶν *hei mihi ob agros* [idest *perditos*] οἴμοι *etiã cum nominatiuo, ut* οἴμοι κακοδαίμων *heu ego infelix*.

Per figuram ellipsin ponitur casus aduerbio subintellecto: ut τῆς ὠμότητος [*subintellige* ὦ] *ò crudelitatem. Sicut ex aduerso ponitur* ὦ *sine casu, ut et Latinè Virgil. ò cohibete iras:*

PROSTHESIS I.

Aduerbia superlatiua suam uim augent adiectione particulæ ὡς, *ut* ὡς λαμπρότατον *quàm splendidissimum: Vel etiam* ὅτι, *ut* ὡς ὅτι λευκότατον *perquàm candidum.*

Etiam positiua siue præposito ὡς, *siue postposito, ut* ὡς ἑτέρως *longè aliter*, θαυμασίως ὡς ἄθλιος *mirum in modum miser*, ὡς ἀληθῶς *quàm verè*.

Aduerbia qualitatis eleganter construuntur cum Verbis ἔχω habeo, διάκειμαι affectus sum, διατίθεμαι vtor, statuo de re aliqua: *Vt* ἐνδεῶς *parùm, tenuiter*: ἐνδεῶς ἔχω *indigeo*: πονηρῶς *prauè, malè*: πονηρῶς διάκειμαι *malè affectus sum. etc.*

Inter-

Interdum suus additur Aduerbio casus, ut ἀφειδῶς ἔχει χρημάτων *prodigus est pecuniæ:* ἀπείρως ἔχει τῶν ἐν ἀγορᾷ *imperitus est rerum forensium.*

Verbo ἔχω *vnà cum Aduerbio qualitatis additur casus genitiuus, etsi is ab Aduerbio nō regatur: ut* πῶς ἔχεις γνώμης; *quæ est tua sententia?*

PROSTHESIS II.

Aduerbia hæc sibi inuicem in oratione respondent τῆμος *et* ἦμος, τότε ὅτε, τέως ἕως, τηνίκα ἡνίκα, τόφρα ὄφρα.

Optatiua illa εἴθε, αἴθε, ὡς vtinam *cum Verbi* ὀφείλω *(debeo) imperfecto, et Indefinito 2. construuntur sequente Infinitiuo de secunda tantùm persona, ut* ὡς ὤφελες αὐτόθι ὀλέσθαι *utinam ibi periisses.*

Sed εἴθε *etiam Infinitiuum amat præcedente accusatiuo: ut* εἴθε σε ποθεινὸν γενέσθαι *utinam tu amabilis esses.*

Ὡς, ὥστε vt, ἐπειδὴ postquàm, πρὶν, πρὶν ἢ priùsquam *eleganter cum Infinitiuo iunguntur. ut* πολλάκις γέγονεν, ὥστε τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι *sæpe accidit, ut, qui potentiores essent, ab imbecillioribus vincerentur:* πρὶν εἰπεῖν *priusquàm diceret. etc.*

Atticè

Atticè ὡς *cum accusatiuo ualet* πρὸς *vel* εἰς, *vt* ὡς Μακεδονίαν *ad Macedoniam.*

Aduerbia eiusdem significationis continuata, ex positiuis uim accipiunt Superlatiuorum, ut μάλα σφόδρα *(valde valde) maximoperè: sic* πάνυ σφόδρα *omninò.*

Negatio repetita nonnunquam affirmat, vt: οὐκ ἔσθ᾽ ὅπως, οὐκ ἐξελῶ *nō ita est, non eÿciam (pro) omnino eÿciam:*

Nonnunquam vehementiùs negat: ut οὐκ μὴ ποιήσω *nequaquam faciam. Et Ioan. 15.* χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν *sine me non potestis facere nihil (nihil pro quidquam)*

Pro nisi, *et* quin *aliquando ponitur.*

Aliquando Negatio abundat, ut ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον *(vbi* μὰ *abundat) per hoc sceptrū.*

De regimine Coniunctionis

THEOREMA IX.

E Coniunctionibus quædam antecedunt, quædam autem consequuntur orationem, vel dictionem, vel vtramq;

Antecedunt quidem orationem ipsomet initio hæc ἀτὰρ *sed, siquando, propterea, cęterū,* & αὐτὰρ *sed, postquàm.*

Paulòq; post initium ponuntur μὲν *quidem, tamen, et* γὰρ *enim, nè* (interrogatiuè) vt σὺ γάρ; tunè?

Di-

Dictionem antecedunt τὲ, καὶ *et*, ἆρα [quùm dubitationem significat] *an, num*: ἀλλὰ *sed*, ἀλλάμην *at verò, atqui*: Vt νύκτας τε, καὶ ἤματα noctu, & diu.

Dictionem simul, & orationẽ Causales omnes ut ὅτι, διότι, ἕνεκα, ἐπεὶ &c. *quia, nam*: Excipe γὰρ *enim*.

Consequuntur autem orationem ῥὰ *vtique*, καὶ *et*, quùm præcessit ὁμοίως *perinde, peręquè, non secus*.

Dictionem verò Coniunctiones encliticæ τε κεν, κε, γε, περ: vt οἷοςτε pro οἷος *qualis*: οὐκεν vel οὐκε, pro οὐ *non*: σύνγε, pro σὺν *cum*: ὅσπερ pro ὅς *qui*.

Dictionem simul, ac orationem δὲ *verò*, quoties præcesserit μὲν *quidem*.

Coniunctiones autem non soli subiunctiuo seruiunt, verùm & alijs pleræquè Modis: Vt εἰ *si* Indicatiuo, Optatiuo, subiũctiuo: sic etiam illæ ἐὰν, ἤν, ἄν, *si*, ἵνα, ὡς, ὥστε, ὅπως *ut*, μὴ *ne* & aliæ huiusmodi.

Coniunctio tamen κἄν (pro καὶ ἂν) *etsi, quod si sin* subiunctiuo ferè contenta est: pro *atque adeo, etiam*, Optatiuo, & Indicatiuo: pro *siue* geminatur. ὡς, & ὥστε sæpiùs Infinitiuo, & Indicatiuo. *Repete sup. Theor. 8. Prosth. 2. §. 3.*

Ἄν verò potentialiter ſumpta omnibus inſeruit Modis (Repete lib. 1. theor. 8. in fine. Et lib. 2. ſub finem theor. 6. Proſth. 2. de Modis potentiali, & permiſſiuo, pag. 307.) Indefinitè verò, & Indeterminatè ſumpta, Cōiunctiuo ſæpius, Optatiuo aliquando ſeruit

Ὅτι *quòd* Indicatiuo, & Subiunctiuo:

Ὅταν, ὁπόταν *quando*, *ſi quando*, ἐπάν, ἐπειδάν *poſtquàm* Subiunctiuo:

Ἐπεὶ *nam*, ἐπειδὴ *poſtquàm*, *quoniam* Indicatiuo:

De regimine Communi

THEOREMA X.

Tandem perſtringendum Commune regimen his capitibus. Sunt autem numero tredecim, videlicet: Locus, Tempus, Materia, Pretium, Exclamatio, Caſus abſolutus, Cauſa, Inſtrumentum, Exceſſus, Quantitas, Cōmodum, Spatium, Modus. Quæ quomodo efferantur, ſic habe.

De Loco

COMMA I.

Status in loco quinque modis effertur. I. Datiuo caſu cum præpoſitione ἐν, vt διατρίβει ἐν Μεδιολάνῳ moratur Mediolani: ἐν ἀγορᾷ in foro. II. Datiuo ſine præpoſit. in nominibus proprijs locorum, vt διατρίβει Μεδιολάνῳ. III. Ge-

Genitiuo cum ἐπὶ, vt ἐπὶ Μεδιολάνου Mediolani, ἐπ᾽ ἀγροῦ ruri. IV. Accusatiuo cum κατὰ, vt κατ᾽ ἐρημίαν in solitudine. V. Aduerbio ex nomine facto, ut Μεδιολανόθι. *Repete lib. 1. theor. 7. prosth. 2.*

Motus ad locum, quinque itidem modis. I. Accusatiuo cum εἰς vel ἐς, vt εἰς Ῥώμην ἦλθε Romam venit, εἰς πόλεμον ad bellum. II. Accus. cum ἐπὶ, vt ἐπὶ Ῥώμην Romam, ἐπὶ πόλιν ad vrbem. III. cum πρὸς, vt πρὸς τὸ ἀρχεῖον ad curiam. IV. Accusatiuo sine præposit. vt Ῥώμην Romam, πόλεμον ad bellum. V. Aduerbio, vt Ῥώμαζε ad vrbem Romam. *Repete lib. 1. vt sup.*

De loco, tribus modis. I. Genitiuo cum ἐκ, aut ἐξ, vt ἐκ Μεδιολάνου Mediolano, ἐξ οὐρανοῦ de Cælo. II. cum ἀπὸ, vt ἀπὸ Μεδιολάνου. III. Aduerbio, vt Μεδιολανόθεν. *Repete, vt sup.*

Per locum, dupliciter. I. Genitiuo cum διὰ, vt διὰ τῆς πόλεως per vrbem. II. Datiuo sine prępositione vt τῇ κλίμακι per scalam.

De Tempore

COMMA II.

Tempus, interrogatione factâ per πότε; *quando?* Genitiuo sæpiùs, Datiuo interdum, nonnunquàm Accusatiuo ponitur: Vt ἐργάζεται

τῆς

τῆς νυκτὸς, καὶ ἡμέρας laborat noctu, diuquè: ὑςέρῳ χρόνῳ posteriore tempore: τὸν χειμῶνα hyeme: Sed in secundo loco subintelligitur præpositio ἐν (quæ aliquando exprimitur, vt ἐν μηνὶ τῷ ἕκτῳ in mense sexto) & in tertio subauditur κατὰ.

Interrogatione verò facta per πόσον χρόνον; quãdiù? effertur Tempus plerunq; Accusatiuo sine præpositione: Interdum cum præpos.; sæpe Genitiuo; Quandoq; Datiuo, & eo vel sine, vel cum præpositione: vt ἡ ζήσασα ἔτη ἑπὰ (Luc. 2.) quæ vixerat annos septem; ἐπί τινας ἡμέρας per aliquos dies: ἑπὰ ὅλων ἐτέων septem integros annos; ἑπὰ ἔτεσι, vel ἐν ἑπτὰ ἔτεσι septem annis.

De reliquis casibus Communibus
COMMA III.

Materia, & Pretium, Exclamatio, itemq; Solutus casus, proferri cupiunt plerunq; Secundo:
Causa, Instrumentum, Excessus, quibus addito Quantum,
Commodum, & oppostum, atq; Modum, dabis ista Datiuo:
Sed Spatiũ (idq; loci) Quarto concede locari.

Glossa

Materia genitiuo ponitur, vt πεποίηται χρυσοῦ fa-

factum est ex auro: Vel cũ ἐξ *aut* ἐκ, *ut* ἐκ χρυσοῦ.

Pretium genitiuo, ut ὠνοῦμαι αἵματος *emo sanguine: Vel cum præposit.* ἀντὶ, *ut* ἀντ' αἵματος: *Vel Datiuo*, αἵματι.

Exclamatio genit. ut τῆς τύχης ὦ *fortunam: Vel cum* ὦ, ὦ τῆς τύχης, *uel cum* φεῦ, φεῦ τῆς τύχης. *Sic Abominatio: ut* τῆς ἐξουσίας ἀνθρώπων, *uel* ὦ τῆς, *uel* φεῦ τῆς *etc. o licentiam hominum.*

Solutus, seu Absolutus casus, Latinè Ablatiuus habetur, Græcè Genitiuus: ut ἐμοῦ διδάσκοντος *me docente. Interdum sed rarò Datiuus, ut* παριόντι τῷ ἐνιαυτῷ *anno præterlapso.* (Repete etiam sup. Theorema 6. §. Pro Ablatiuo. *et lib. 2. theor. 5. com. 3. §. Ablatiuus.*) *Peculiaris locutio est* ταῦτα δόξαν (*neutrum plur. cũ participio sing.*) *quum hæc ita placuissent.*

Causa uerò per Datiuum: ut ἡδονῇ σπουδάζει ἐπὶ μαθήμασι *ex uoluptate studet literis. Et per Genitiuum cum* ὑπὸ, *uel Accus. cum* διὰ, *ut* ὑπὸ ἡδονῆς, διὰ ἡδονήν;

Instrumentum per Datiuum, ut ξίφει κτείνειν *gladio occidere:*

Excessus pariter per Datiuum, ut μείζων ἐστὶ ἐμοῦ ἑνὶ δακτύλῳ *maior est me uno digito:* διαφέρεις ἐμοῦ τῇ σοφίᾳ *antecellis me sapientia:*

Quantum, seu Quantitas item per Datiuũ, ut

τοσύτῳ διαφέρεις ἁπάντων τῇ σοφίᾳ *tanto antecellis omnes sapientia*: *Vel p Accus*: *ut* τοσῦτο *etc*

: *Commodum*, *et Incommodum similiter per Dat. ut* ὠνῦμαι σοι βιβλίον *emo tibi librum*:

: *Modus etiam per Dat. ut* ἶσα τῷ ἀριθμῷ ὠὰ *paria numero oua*. *Item per Genit. cum* διὰ, *ut* διὰ τῦ ἀριθμῦ.

Spatium denique, seu distantia loci Accusatiuo ponitur, ut ἦσαν πορευόμενοι, εἰς κωμὴν ἀπέχυσαν ςαδίυς ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερυσαλὴμ *ibant in castellum distans stadia sexaginta ab urbe Hierusalem Act. 24. Vel Datiuo, ut* δίεχει τόπος τῷ ὁδῷ ἡμερῶν εἴκοσι *abest locus itinere dierum uiginti*.

Dierum autem Atticorum non abest

FINIS.

Laus Deo, ac Magnę Matri Marię SS. Q. APP. Paulo, et Barnabę tutelari, titulari.

MEDIOLANI
Apud Dionysium Gariboldum 1639.

